tamus) Primo inquirit de cõtrarietate principiorũ. secũdo de nũero iporũ. Circa primũ primo ponit opiniones antiquorũ de contrarietate principiorũ. Secũdo inducit circa hoem. Et tercio ostendit quõ phi diuiter se habebãt ponẽdo principia contraria. Dicit ergo primo quod omes antiqui dicũt principia esse contria. et hoc probat per tres opiniones quasi a sufficienti diuisione. quia aliq̃ ponebãt vnũ principium innaturaliter loquentes. sicut parmenides et mellissus. et illi etiam dicebãt contrietatem esse in principio. quia parmenides ponit calidũ et frigidũ esse principia. et dicit calidũ esse ignem et frigidum esse terram nõ distinguens accidens a subiecto. Alij ponebãt vnũ principium mobile. et sic naturaliter locuti et illi etiam ponebãt cõtrarietatẽ in illo principio. quod posuerunt esse mobile. quia dicebãt hoc principium diuersificari fm rarum et densum. Alij vero ponebant infinita principia. sicut Democritus. et illi etiam ponebant contrarietates in principijs. quia democritus dixit corpa athomalia differre fm plenũ et vacuũ. Ire dicebat ea differre fm figuras positionẽ et ordinẽ. quia aliq̃ eẽt athoma recta aliqua circularia. Positiõe aliq̃ essent sursum aliqui deorsuz. et ordine aliqui essent priores et aliqui posteriores.

Quare Aresto. nõ dicit aliq̃d de opiniõe Anaxagore et Empedoclis. Dicũ quia ideo. quia prius dictũ est. s. in principio. quia ipsi ponũt contrarietatem in principio. quia dictum fuit quia ipsi dicebãt generatiõem et corruptionem fieri congregatione et segregatione et illa sunt contraria. non ergo fuit necesse repetere illorũ opinionem.

Prius dicũ est quia Permenides posuit tũ vnuz principiũ. quod nũc male dicit quia ponat duo principia scz ignẽ et terrã. calidũ et frigidũ. Dicit quia Permenides dixit tũ vnũ esse principiũ fm substantiam. sed fm apparẽtiam sensus cẽnt duo principia. quia fm sensum apparet quia calor est principium rerũ in estate. quia gñat res. et frigidũ est principiũ rerũ in hyeme. quia corrũpit res. et quia permenides nõ duz vidit distinctõem inter accũs et substãtiam. iõ dixit calorẽ esse ignẽ. et frigidũ esse terrã. Posuit ergo parmenides terrã nõ solam. quia sicut pus dicũ est nullus phorũ posuit solã terram p principio. ppter eius grossiciem. sed posuit terram simul cum igne.

Et hoc rõnabiliter. Oportz eũ principia neq̃ ex alterutris esse: neq̃ ex alijs esse pũt. et ex his oia. contrarijs aũt prmis insunt hec. ppter id quia prma quidẽ non sunt ex alijs. Ob id vero quia sunt contraria nõ sunt ex alterutris.

Hic contr Arist. pbat rõne quod pus. pbaut autoritate antiquorũ. s. quia principia sũt contraria. Et pt stare rõ in h. qui buscũq̃ conueniũt conditões prmorũ contrariorũ. illa sunt prima contraria. Sz principijs conueniũt cõditões prmorũ contrariorũ. ergo principia sũt prma contraria. Maior pbat. quia conditiones indicãt subiectũ. Minor pz. quia tria sũt de rõe prmorũ contrariorũ. primũ scz quia nõ sũt ex alijs. secũdo quia nõ sunt ex alterutris. i. vnũ ex alio. tercũ quia alia sunt ex ipsis. Ista ãt tria conueniũt etiã prmis principijs. quia prma principia nõ hñt aliq̃ porã se. et sic nõ fiũt ex alijs. quia cõtrarij prmi ẽ hic aliq̃d pus se. principia etiã nõ fiũt ex se inuicẽ. et sic non fiunt ex alterutris. et quia prma sũt sic oia alia fiũt ex ipsis.

Sed oportz hoc in rõne considerare qualiter contingat. Accipiendũ igitur est primuz. quod oũm quod sũt nihil neq̃ facere aptũ natuz est neq̃ pati cõtingens a contingenti. Neq̃ fit quolibet ex quolibet. nisi aliquis accipiat secũdũ accidens. Qualiter vtiq̃ eũ fiet albũ ex musico. nisi accidẽs sit albo aut nigro musicũ. sed albũ quidem fit ex nõ albo. et hoc nõ ex omni. sed nigro aut medijs. Et musicũ ex nõ musico: sed nõ ex oi. sed ex ĩmusico. aut si aliquid ipsis est mediuz. Neq̃ igitur corrũpitur in contingens primũ. vt albuz nõ in musicũ. nisi forte fm accidens. sed in nõ albũ et in nõ contingẽs. sed in nigrũ aut mediũ. Similiter aũt musicũ in nõ musicũ. et hoc non in contingẽs. sed in musicum. aut si ipsis aliquid mediũ est. Silr aũt hoc et in alijs. quãũ aut nõ solum simplicia eorũ q̃ sunt. sed et composita fm eã dẽ se hñt rõem Sz manifestũ est propter hoc quia opposite dispõnes nõ denoiate sunt. latet hoc contingens. Necesse est eũ oũe consonãs ex incõsonãti fieri: et incõsonãs ex cõsonãti. et corrũpi cõsonãs in incõsonantiam. et hanc nõ in contingentẽ. sed in oppositã. Differt aũt nihil incõsonãtiam dicere. aut ordine. aut cõpositiõe Manifestũ eũ est quia eadem sit rõ. Aduero domus et statua quolibet aliud fit, similiter. Domus quidẽ eũ fit nõ ex eo quia cõposita sunt. sed ex eo quia diuisa sunt hec. sic et statua et figuratũ aliquid ex nõ figurato. et vnũquodq̃ horum Alia quidẽ ordo. alia vero cõpositio quidaz sunt Si ergo hoc verũ est quod oũe quid fit. fiat et corrumpat quod corrũpit. aut ex contrarijs. aut in contraria. et in horũ media. media aũt ex contrarijs sunt. vt colores medij ex albo et nigro. quare omnia erũt que natura fiũt. aut contraria. aut ex contrarijs

Hic Aresto. inuestigat vltimã conditionem prmorũ contrariorũ. quia illa est minus manifesta. scz quia omnia fiunt ex contrarijs. Et dicit quia actio et passio non fiunt inter

quecũq; cõtingentia.i.indeterminata nisi forte p accũs sed oportet actionẽ ⁊ passionẽ fieri inter contraria quod probatur in textu inductiue.qr omnia que fiunt vel sunt simplicia vel cõposita.sed in oibus his aliq̃d fit ex ꝓtrarijs.In simplicib⁹ ptz.qr musicũ fit ex immusico.album ex nõ albo.Sil'r ex ꝓpositis ꝓsonãs.i.ꝓpositũ fit ex inconsonante.i.ex incõposito. Et rõ isto⁹ est extra textuz qr omne qd̃ fit nõ est añq̃ fit.hoc ḡ nõ esse.qd̃ precedit fieri ꝓtariaḿ illi esse qd̃ postea fit capiendo ꝓtrietatem put se extendit ad priuatõnem oppositaz.oportet ergo omne esse habere prius nõ esse quod est sibi contrarium Sil'r quod corrũpit̃ prius est anteq̃ corrũpat.⁊ hoc cẽ ꝓtariaḿ nõ esse.quod acq̃ritur p corruptõem

Usq; quidẽ igitur hoc fere secuti sunt ⁊ alio⁹ plurimi quẽadmodum diximus prius. Oẽs ẽim elemẽta et ab ipsis vocata principia et vera sine rõne ponentes tm̃ contraria dicũt tanq̃ ab ipsa veritate coacti

Postq̃ aresto. pbauit q̃ ꝑncipia st̃ ꝓtraria. iam ponit pbus motiuuz antiq̃ quare poneret ꝑncipia ꝓria. Secõ ponit cõuenientiã ⁊ drãm ipo⁹. Quo ad primũ vult q̃ antiq̃ phi ponebãt principia esse ꝓtraria nõ moti aliqua rõne sed coacti ipsa veritate.qr in ipam veritatez intellectus naturaliter inclinatur licet qñq̃ rõem veritatis nõ ꝓticipat.

Ar Coactio fit p motũ violentũ.sz intellect⁹ naturaliter inclinatur ad veritatẽ.ḡ nõ cogit̃ ad veritatez Dõm q̃ intellectus noster accipit̃ dupl'r.vno⁹ absolute.⁊ sic nõ cogit̃ p veritatẽ.qr coactio ꝺt motũ violentũ.sed intellectus noster inclinat̃ in veritatẽ sicut in suũ finẽ.sicut ḡ res naturales nõ dicunt̃ cogi qñ tendũt ad sua loca.ita nõ ꝺr intellectus cogi qñ tendit in veritatem. Alio modo ꝺr aliq̃d cogi p accũs.s.p ꝓpatõem ad rõem q̃ habet̃ ꝓtra veritatẽ.⁊ sic intellect⁹ pt cogi ad dimittendũ illaz rõem ⁊ assentiendu veritati.⁊ sic cogitur p ꝓpatõem ad rõem falsaz quã prius intellectus accepit ⁊ nõ absolute. Oõt etiã dici q̃ coactio qñq̃ idẽ ẽ qd̃ coagitatõ.⁊ sic aliq̃ coactio pt cẽ naturalis. Potest etiaz aliter dici.q̃ si coactio dicat necessitatẽ absq̃ violẽtia. tũc etiaz intellectus potest cogi nõ aũt volũtas.q̃a volũtas hz libertatẽ.intellectus vero nõ.⁊ sic dici solet q̃ ꝑtas vicit intellectũ etiã ꝑtas creata.sz nullũ bonũ creatũ pt vincere volũtatẽ q̃n volũtas tendere possz in oppositum illius.

Differũt tm̃ ab inuicẽ.in eo q̃ alij q̃dẽ ꝑora alij posteriora accipiũt Et q̃ hi q̃dem notiora fm rõem:illi ãt fm sensuz.Hi q̃dẽ ẽim calidũ ⁊ frigidũ.illi ãt hũidũ et siccũ.alij ãt nũerũ ĩparẽ ⁊ parẽ.Quidã ꝓcordiã ⁊ discordiã cãs ponũt ḡnãtõis Hec ãt ab inuicẽ dicũt fm dcm̃ modũ Quare est eadẽ dicere quodãmõ ⁊ altera ab inuicez Altera q̃dẽ quẽadmodũ videbit̃ plurib⁹ Eadẽ ãt fm analogiã Accipiũt ẽim eadẽ exco ordinatõe. Hec q̃dẽ ẽim ꝓtinẽt. Alia ãt ꝓtinẽt ꝓtariorũ. Sic igit̃ sil'r dicũt et alit̃ et peius et melius. Et hi q̃dez notiora fm rõem. sicut dictũ est prius. illi aũt fm sensuz. Uniuersale q̃dez ẽim fm rõem notũ est.singulare aũt fm sensum. Rõ q̃dẽ ẽim vl'is est.sensus ãt ꝑticularis. vt magnũ ⁊ puũ fm rõez est raꝝ ãt et dẽsuz fm sensũ. Q̃ q̃dẽ igr̃ ꝓria oz cẽ ꝑncipia maĩfestũ ẽ

Postq̃ aresto.dixit q̃ ꝑncipia sunt ꝓtraria.hic ponit drãs ⁊ ꝓuenientias antiq̃.in tali positõe.⁊ ꝑmo ponit duas drãs.q̃ꝝ ꝑma est.qr aliq̃ ponebãt ꝑriora ꝓtraria aliq̃ posteriora.Secũda drã aliq̃ posuerũt ꝑncipia esse notiora fm rõnem sicut illi q̃ ponebant nũez parẽ ⁊ ĩparẽ ꝓcordiaz ⁊ discordiã sicut Empedocles.q̃ sunt notiora fm intellectum qr cõmuniora.Aliqui ponebant esse notiora fm sensuz.vt ꝑmenides posuit calidum et frigidũ Deinde ponit tres cõuenientias quarum prima est.q̃ principia sunt ad inuicem cõtraria. Secũda est qr vnũ principium est melius et alterum peius. Tercium est q̃ omnia principia sunt notiora. differebant tamẽ in hoc sicut dictuz est.qr quidaz ponebant notiora fm rõem.sicut hi q̃ ponebãt vniuersaliora.qm̃ vl'e est fm rõem notius.sicut singularia fm sensuz.

Differebãt anti: ꝓta ꝓrie tez ꝑti dus

Cõuenibãt 3tꝛ ꝓta ysta

Querit̃ Utꝝ cõditões ꝑncipiorũ sint bene posite. Dõm q̃ sic.⁊ rõ ẽ.qr de rõne ꝑncipij est esse primũ ex hoc aũt q̃ principiũ est primũ duo includunt̃ in ꝑncipio.ꝑmum est negatio ꝑoꝝ.et ex hoc hz ꝑncipiũ q̃ nõ fit ex alio Et ex hoc q̃ hz ordinẽ ad posteriora ꝓuenit sibi q̃ alia fiũt ab ipo. Et qr ista principia etiã sunt contraria conuenit eis alia ꝓdicio.scz q̃ nõ fiunt ex alterutris.i.ex seinuicez qr vnũ ꝓtrariorũ nõ fit formal'r ex alio sicut infra ꝓbẽbit

Ar Si ꝑncipia sunt ꝓtraria vl'intelligit̃ de ꝑncipio extra genus.sz hoc est falsuz.qr illud est tm̃ vnũ scz de⁹ vel intelligit̃ de ꝑncipijs in genere fm rõnez q̃lia sunt ꝑdicamẽta. hoc ĩtez non pt dici qr ꝑdicamẽta nõ sunt ꝓtraria. Nec põt intelligi de ꝑncipijs in genere fm rez.qr illa st̃ materia et forma q̃ nõ ꝓtrariantur. Dõm q̃ tripliciter possumus loq̃ de ꝑncipijs.vno modo de ꝑncipio efficiente.⁊ h̃ est simpl'r vnũq̃ est deus.⁊ ĩõ pitagorici errauerũt ponẽtes duo effectiua principia.q̃ꝝ vnũ esszꝑricipiuz bonoꝝ.⁊ aliud principiũ malorũ. Et aliq̃ heretici scz mamichei sequebant̃ opinionez pitagoricoꝝ dicentes.q̃ esset vnuz principiũ bonoꝝ.q̃a spiritualiũ reꝝ.⁊ aliud maloꝝ qr corpalũ rerum Secõ possumus loqui de principijs rerũ acceptis fm esse logicuz.⁊ sic ꝑdicamenta sunt decẽ rerũ prima principia.q̃a p talia ꝑdicamẽta datur diffinitõ logica.et istis modis nõ loquit̃ hic textus de principijs Tercio modo accipiuntur principia pro principijs intrinsecis transmutationis reꝝ naturaliũ.⁊ sic sunt tria principia.s. materia forma et priuatio.⁊ illa principia sunt ad inuicem ꝓtraria.qr priuatio ꝓtariaḿ formẽ accipiendo ꝓtrietatez cõmunicer.Dicebat̃ not ãter (rerũ naturaliũ) ꝑpr principia reꝝ spiritualiũ.qr talia nõ hñt materiã Diceb at̃ etiã not ãter (p principijs intrinsecis) ꝑpter cãm efficientẽ.⁊ finalẽ.qr efficiẽs ⁊ finis st̃ ꝑricipia reꝝ naturaliuz.sz nõ

sunt intrinseca principia. Qtiã addebat (rerum naturalium) id est mobilium aut transmutabilium. quia res naturales necessario habent ista tria principia, put mobiles sunt. sufficiũt enim duo pncipia ad constitutionem rei sed ad mobilitatem requiruntur tria. qz motus fit ex priuatione in formam. et ex forma in priuationem p materiam sicut per subiectum

Ar Contraria fiunt ex alterutris sed principia sunt cõtraria. ergo fiunt ex alterutris. Añs patz ex tercia cõditione que dicit. q omnia fiunt ex contrarijs Odm q contraria accipiuntur dupliciter. Uno mõ formaliter z sic vnũ ptrariorũ nõ potest fieri ex alio. qz albedo nõ potest fieri ex nigredine. z sic saluatur secũda conditio que dicit q cõtraria nõ fiunt ex alterutris. Alio mõ aliqd fit ex alio materialr. z sic est verum q contraria fiunt ex seinuicem. qz quod est pus album hoc p motum alterationis amittit albedinez et fit nigrũ. z sic saluat tercia ꝓditio. q oia fiũt ex ꝓtrarijs

Ar Forma fit ex materia. qz materia preest forme ergo vnũ pncipiorũ fit ex alio Odm q duplicitER aliquid fit ex alio. Uno modo substantialiter. qz substantia vnius mutatur in substãtiam alterius. et sic forma nõ fit ex materia. qz substantia materie nõ mutatur in substantiam forme. Secõ modo aliquid fit ex alio subiectiue. qz scz est subiectum factionis alterius. et sic forma fit ex materia qz est subiectum factionis ipsi forme naturalis. Potest etiaz dici qñ dicit q forma fit ex materia. q hoc intelligatur de forma totius q̃ constituitur ex vnione materie et forme partis

Consequẽs aũt vtiqz erit; dicere vtrum duo. aut duo. aut tria. aut plura sint vnum quidem eñ impossibile est esse principiũ qm̃ non vnum contraria

Post. q̃ aresto. inquisiuit disputatiue de contrarietate pncipiorũ. hic ꝓñr inquirit disputatiue de nũero pncipiorũ. z circa hoc ꝓmo mouet vnã q̃stionẽ istam scz. vtrũ duo tm̃ aut tria aut plura sint pncipia rerũ naturalium. z primo excludit hoc qd nõ cadit sub questione. s. an sit vnũ pncipium. qz sicut pus dictũ est principia sunt contraria. sed vnũ z idem nõ potest esse subiũ pti contrariũ ergo nõ potest esse tantum vnũ pncipium.

Ar Est tm̃ vnũ pncipiũ. vt ptz ꝑ phz. xij. metaphi. vbi dicit. Omnis pluralitas pncipum mala sit ergo vnus pnceps. Odm q loquendo de pncipio effectiuo sic est tm̃ vnũ pncipiũ rerũ. scz ipse deus. sz loquendo de principijs intrinsecis rerũ naturaliũ nõ pt esse tm̃ vnũ pncipiũ. sz sk duo loquendo de pncipijs ꝓstitutionis. vel tria loquendo de pncipijs trãsmutationis

Infinita aũt nõ. quoniã neqz scibile qd est erit Et vna prima ꝓtrarietas in omi gne vno

Substãtia aũt vnũ quoddã genus est

Hic ostendit aresto. q principia rerũ naturaliũz non possunt esse infinita. et ad hoc ponit quatuor rões Prima stat in hoc. si pncipia rerũ naturaliũz sunt infinita: ergo nõ erit scia de reb naturalibus. ꝓñ z tenet. qz infinitum est nobis ignotuz. sed ex principijs sumit cognitio rei. si ergo pncipia sunt ignota nulla erit scientia de reb naturalib. Secõa ratio stat in hoc pncipia sunt pma cõ 24
trarie sicut pus dictum est. sz prima contraria nõ pnt esse infinita. q̃ nõ possunt prima pncipia esse infinita Dinoz ptz. qz pma ꝓtraria sunt pmi generis qd est substãtia. sed in vnoquoqz genere est vna prima ꝓtrarietas. q̃ nõ possunt esse infinita prima cõtraria

Ar In substantia nulla est ꝓtrarietas. q̃ male dicit q in substantia que est primũ genus sit vna prima ꝓtrarietas. Añs ꝑbat ex quarta ꝓprietate substantie. vbi dr q substantie nihil est contrariũ. Odm pmo q duplex est substantia. quedã est substãtia ꝓpleta sicut est genus et spẽs. z sic nunqz substantia hz ꝓriũ. qualitercũqz accipiat ꝓtrarietas Alio° accipit substãtia p substantia incõpleta. que etiaz apud phos vocatur qualitas. sicut est drãa substantialis. z sic põt esse ꝓrietas in illis substãtijs. Circa qd tñ ꝓsiderandũ est q ꝓtrarietas accipit dupl'r. Uno° ꝓprie pm q est repugnãtia duarũ formaz actiuaz z passiuaz in seinuicẽ vl cãtaz ex actiuis z passiuis. z sic soluz in tercia spẽ q̃litatis inuenitur ꝓtrarietas z nõ in substãtia nec in alijs speciib qualitatis. superiaz alijs predicamẽtis Alio° accipitur ꝓtrarietas cõiter. put se extẽdit ad priuatiũ oppõem. vel etiaz p exitu duaz drãaz ex vna prãte generis. z vtroqz modo in substantia est contrarietas. q̃a forma z priuatio cõtrariant. z etiaz due differentie eiusdem generis ꝓtrariant sicut dictũ est in argumẽto.

Et qd cõtingit ex finitis melius quẽadmodum empedocles q̃z ex infinitis. Omnia nãqz assignare opinatur. quẽadmodũ anaz. ex infinitis. Amplius sunt alia alijs priora cõtraria Et fiunt altera ex alterutris. vt dulce et amarum. et album z nigrum. principia aũt semper oportet manere Qz quidẽ igitur neqz vnũ neqz infinita sunt manifestum est ex his.

Hic ponitur tercia ratio ad idez. et stat in hoc. qd pt 34
fieri p finita magis ponẽduz est q̃ qd potest fieri p infinita. cuius rõ est. qz frustra fit p plura qd pt fieri p paucioza cũ natura nihil faciat frustra. sz si ponant finita pncipia sicut posuit empedocles pt dari ratio oim q̃ fiunt in reb naturalib. q̃ melius est ponere finita q̃ infinita pncipia. Quarta ratio stat in hoc si infinita sunt pncipia. tunc oia ꝓria erũt pncipia sz illud est impossibile. q̃ illud ex quo sequit. qz infinitũ oia includit. z extra infinitum nihil est. si ergo pncipia sunt infinita. q̃ omnia includuntur in pncipijs Dinoz ptz dupl'r. pmo qz pncipia sunt pma ꝓria. sz nõ oia ꝓria sunt prima. qz multa contraria fiunt ex pozib ꝓrijs. q̃ non possunt omnia ꝓria eẽ pncipia. sicut albuz et nigrum fiunt ex calido z frigido. Secõ qz pncipia nõ debent fieri ex alterutris. i. vnum ex alio. z hoc ideo est. qz oportet pncipia semp manere. sed multa ꝓria fiunt ex se inuicez vt dr in pcedenti rõne ergo nõ sunt omnia contraria principia.

Ar Principia nõ semp manent. ergo ista ꝓpõ est falsa oportet pncipia sp manere. Añs ꝑbat. qz forma corrũpitur z pnatõ corrũpit z quodãmodo materia. Odm q ista ꝓpõ oportet pncipia semper

manere potest dupliciter intelligi Uno° fm opinionem antiquorum. ⁊ sic ē absolute ⁊ simpliciter vera. qr antiq̃ ponebant vnū ens in actu. ex quo omnia substantialiter componuntur. qr ḡ fm eos oīm rerum est vna substantia. sic q̃ non est ꝓprie corruptio alicuius rei Exempli gratia Oyogenes posuit aerem ꝑ ꝓncipio ⁊ dixit aerem semp manere qr qñ homo corrūperet dixit q̃ aer accipet aliam figurā. sed cū manerz aer fm substāriaz et ad istam intentionē loquit Arestoles contra antiq̃s Alio mō potest ꝓpō intelligi scz loquendo de principijs fm mentem Aresto. ⁊ tūc materia manet fm numerū qr est vna materia oīm generabilium ⁊ corruptibilium vnitate indifferentie. sed forma ⁊ priuatio manent non in numero nec in specie. sed in cōi analogia. opz cū semper aliquā formā eē in materia. sed non opz talem formam specificā esse sp Sil'r dicendū est de puatione.

Quonam aūt finita facere duo tm̄. vel facere non duo tm̄. habet quandā rōnem Deficiet cm̄ vtiqz aliquis qualiter densitas raritatem facere aliquid apta nata sit. aut hec densitatē Similiter autē ⁊ alia quecunqz contrarietas Non cm̄ concordia discordiam conducit. ⁊ facit aliquid ex ipsa: neqz discordia ex illa. sed vtraqz alterum quidem tercium. Quidam autem ⁊ plura recipiunt. ex quibus parant eorum que sunt fm naturam:

Hic ostēdit Aresto. tribus rōibus q̃ nō stz tm̄ duo ꝓncipia Qr ꝓma stat in hoc. qr ex ꝓncipijs dz aliquid fieri siue generari. sed ex duobus ꝓtrarijs non potest aliquid fieri siue generari nisi addatur tertiū. ḡ epz dicere q̃ sunt ad minus tria. s. duo ꝓtraria ⁊ vnū subiectuz Dinorē ꝑbat inductiue. qr caliditas nō fit ex frigiditate. sed subiectū habens in se frigiditatem transmutatur ad calorem Potest etiaz dari rō extra textum que stat in hoc. qr quecūqz fiunt ab alijs oportet q̃ illud ex quo talia fiūt habeat aptitudinez ad illud quod postea fit. sed vna pars ꝓtrarietatis non habet aptitudinem ad aliam ꝑtem. ḡ non fiunt ex seinuicem.

Adhuc aūt amplius ⁊ de hoc aliquis dubitabit. nisi aliquis supposuerit ꝓtrarijs naturaz Nullius cm̄ videmus eorum que sunt substantie contraria Principium aūt non de subiecto oportet dici aliquo Erit cm̄ principium principij. Subiectum enim principium. ⁊ prius videtur esse predicato

Hic ponitur secda ratio ⁊ stat in hoc. si ponantur tm̄ duo ꝓncipia. ⁊ ꝑus ꝑbatum est q̃ sint ꝓtraria. sequit q̃ duo ꝓtraria erūt ꝓncipia. sed hoc est inconueniens. qr tunc sequeretur q̃ ꝓncipij esset ꝓncipium. qr contraria sunt accidentia cū in substantijs nō sit contrarietas. sz accidentia habent principium scz substantiam. ⁊ sic cōrtrariorū ꝓncipiorū. s. accidentiū erit ꝓncipiū. s. substāria.

Prius dictum est q̃ prima ꝓtraria sunt de predicamento substantie. ergo male dicit q̃ sola cōtraria sunt de predicamēto accidentiū. Dōm q̃ Arestoteles hic ꝓcedit disputatiue. ⁊ ideo ponit ꝓpositiones que sunt vere fm opinionē antiquorū quas ipsi cōcedunt. sed fm opinionē antiquorū qui ponunt principiū vnum ens in actu. verum est q̃ ḡcunqz sunt in illo principio sunt veraciter accētia. sicut sunt rarū ⁊ densuz. quā contrarietē ponebāt antiqui pōnētes vnum ꝓncipiū materiale Si tū ista rō accipiat fm opinionē Arestotel' ⁊ fm veritatē. dōm est q̃ etiā priuatio ⁊ forma que cōtrariant sicut ꝑuatiue opposita hūt se sicut accētia. qr insunt materie. ⁊ inesse est conditio accētis

Amplius non esse dicimus substantiā contrariam substantie. Qualiter igitur ex nō substantijs substantia vtiqz erit. aut quō prius nō substantia substantia erit

Tercia rō stat in hoc. si duo ꝓtraria sunt tm̄ principia seqretur q̃ ex nō substantijs fieret substāria. sz hoc est inconueniens. qr ex accidentibz nō est nata fieri substāria. cū nhil fiat ex alio nisi qd ꝑeest in eo fm aptitudinē Seqla ꝑbatur. qr ꝓtraria nō sunt substātie. cum substantia nō sit contraria substantie

Cōtraria q̃ sunt ꝓncipia sunt substātie. sicut sūt ꝑuatio ⁊ forma. ergo si ponerent tm̄ duo ꝓncipia nō fieret substātia ex nō substātijs. qr illa principia cōtraria duo sunt substātie Dōm q̃ hic Arestoteles arguit contra antiquos. ⁊ ideo supposita opinione antiquorū istud argumentū est optimū. quia tūc ꝓtraria solum sunt accētia. Vel si supponat opinio Arestotel' tunc est dōm. q̃ substātia accipit dupl'r. vno mō a dando esse. et sic vtiqz vnum ꝓtrariorū est substantia scz forma Alio modo accipit substantia ꝓut dicit a substando. ⁊ sic principia cōtraria de quibz loqtur Arestoteles non sunt substantie. qr priuatio ⁊ forma nō substant sz insunt. fieret ergo substantia a substando dicta ex nō substantia etiā fm opinionem Arestotelis

Ex nō substātia fit substantia. sicut ex nō homine fit homo Dōm q̃ non substātia potest capi dupl'r. vno mō negatiue fm q̃ illud dr nō substātia in quo est absoluta negatio substātie. ⁊ sic ex non substantijs nō fit natural'r substantia. sicut ex nō homine nō fit homo. nec ex nō equo fit equus. Alio mō non substātia capitur ꝑuatiue fm q̃ aliquid dr nō substantia quod nō est substantia. tamē aptum natum est esse substantia et sic vtiqz ex nō substantijs fit substantia. sicut ex nō homine fit homo. semen cm̄ humanū est nō homo ꝑuatiue. sed lapis est nō homo negatiue. Per hoc dōm est ad textum q̃ Arestoteles loqtur de nō substantia negatiue. cū dicit q̃ de nō substātijs nō fit substantia

Unde si aliquis ⁊ priorem veram putabit esse rōnem ⁊ hanc. necessarium est si debet saluare vtrasqz ipsas sub esse quoddam tercium. quemadmodū dicunt vnam quandā naturā dicentes omne. vt aquā aut ignem. aut medi/

um horum Videt aūt medium magis Ignis cūm ⁊ terra ⁊ aer ⁊ aqua cū ꝓtrarietatib ꝓplexa st. vnde non irrationabiliter faciunt subiectū alterum ab his facientes. alioꝝ autem quidam aerem Aer cūm minime hz aliorum drās sensibiles Consequenter aūt aquā. pessime aūt ignē

Hic Aresto. ostēdit q̄ in hac possitione etiā ꝓcordabāt antiqui. s. q̄ p̄ter duo ꝓtraria necē est ponere tertiū subiectū. qz illi qui ponebant aerem ponebāt p̄ter aerez rarum ⁊ densum. sic ponebāt p̄ter ꝓtraria. s. rarū ⁊ densum subiectū. s. aerem. sil'r qui ponebant ignē ⁊ aquam Differebant tū isti phi. qz aliqui ponebāt materiam plus separabilē a ꝓtrijs. sicut qui ponebāt aerē ⁊ aquā. qz aer p̄ cito frigefieri ⁊ calefieri Sed aliqui ponebant pncipiū materiale minus separabile a duobus contrarijs. sicut illi qui ponebant ignem. qz ignis non est separabilis a caloze Unde quantū ad hoc pessime ponebant illi qui dicebant ignem esse pncipiū Circa qd̄ ꝓsiderandū est q̄ in pncipio sunt duo ꝓsideranda. s. pmitas. ⁊ quātum ad hoc optime dixerunt qui posuerūt ignē esse pncipiū. qz ignis est primum elementū Alio modo p̄ capi pncipiū quantū ad hoc qd̄ non est separabile esse a ꝓtrarijs. ⁊ sic pessime dicunt illi qui ponūt ignē esse pncipiū

Sed omnes vnuz hoc ꝓtrarijs figurant. vt densitate ⁊ raritate. ⁊ eo q̄ maius erit minus Hec aūt sunt oia excellētia. videlicet ⁊ defect sicut dictū est prius Et videtur antiqua eē opinio q̄ vnū ⁊ supabūdantia ⁊ defectus pncipia rerum sunt. sed nō eodēmō. Sed antiqui duo quidem facere vnum aūt pati ex parte passiui. posterioꝝ aūt quidem contrarium. vnū quidez facere. duo vero pati magis dicunt Tria quidem igitur dicere elemēta esse. ⁊ ex his ⁊ ex huiusmodi alijs intendentibus videbit vtiqz habere quādam rōnem. sicut diximus

Hic Aresto. ostendit q̄ p̄ter vnum pncipiū materiale antiqui etiam ponūt duo ꝓtraria. qz aliqui ponūt in vno materiali pncipio densitatem ⁊ raritatem. aliqui magnū ⁊ paruum. sicut plato. Differūt tū in hoc q̄ aliq̄ ponūt vnū ex pte materie. ⁊ duo ex pte forme. sicut Aresto teles Et ponentes vnum pncipiū mobile. aliqui posuerunt vnum ex pte forme. s. ydeam. ⁊ duo ex pte materie. s. magnum ⁊ paruum sicut Plato

Plura aūt tribus non amplius Ad patienduz quidem cūm sufficiens est vnum. Si aūt quatuor existentibus due erunt contrarietates oportebit seoꝝsum vtrisqz esse alteram quandam naturam mediam Si aūt ex inuicem poterit generare otiosa vtiqz altera ꝓtrarietatum erit. Sil' aūt ⁊ impossibile est esse plures contrarietates primas Substantia cūm vnū quoddam genus est entis Quare in eo q̄ prius ⁊ posterius sunt differūt ab inuicem principia tūm sed non genere. Semper cūm in vno genere cōtrarietas est vna. Oēs cūm ꝓtrarietates reduci videntur in vnam Q̄ quidem igitur neqz vnum sit elementum neqz plura duobus vel tribz manifestū est horum aūt vtrū sit verum. quēadmodum dicimus. dubitationem habet multam Non est plua pri

Hic ostendit Arestoteles. q̄ nō sint plura principia tribus. ⁊ hoc pbat duabz rōibus. quarum pma stat in hoc. qd̄ p̄ fieri p̄ pauciora sup flue fit p̄ plura. sed in omni mutatione sufficit vnū subiectum ⁊ duo ꝓtraria. qz materiale subiectū sufficit ad patienduz. ⁊ duo ꝓtraria ad agendum. q̄ non opz poncre plura principia q̄ tria. Secda rō stat in hoc. si essent plura pncipia q̄ tria tunc essent plures pme ꝓtrarietates. sed hoc est inconueniēs q̄ illud ex quo sequitur Maior pater: qz opz semp pncipia eē ꝓtraria. si essent plura tribus. q̄ erūt ad minus due contrarietates Minor ptz. qz pma ꝓtrarietas est pmi generis. sed pmū genus hz solum vnā contrarietatem. q̄ non possunt esse plures pme ꝓtrarietates Intendit q̄ Aresto. in hoc capitulo predicto talem ꝓclusionem Non est tūm vnū pncipiū. non sunt infinita pncipia non sunt tūm duo. ⁊ nō plura tribus. q̄ sunt tūm tria Antecedens est per partes probatum

Q̄ Utrz tria st pncipia rerz naturaliū Dōm est q̄ sic. ⁊ rō est. qz ista pncipia dicuntur rerū naturaliū. i. mobilium. illa q̄ st pncipia rerz p̄m q̄ mobiles st. sed ad motum requirūtur tria principia. qz in omni mutatione opz eē duo extrema. quorum vnū extremū remouet ab aliquo subiecto p̄ mutaōem. et aliud p̄ mutationē acquiritur Exempli gratia. quādo aqua mutatur de frigido in calidum. tūc frigiditas abijcitur ⁊ caliditas acquiritur. ⁊ aqua est subiectum qd̄ prius stat sub vno termino ⁊ postea sub alio Q̄ q̄ res naturales habeant esse p̄ motum. necē est dicere q̄ tria sunt pncipia rerū naturalium. s. duo ꝓtraria. quoꝝ vnū abijcitur in motu ⁊ alterum acquiritur. ⁊ tertium est subiectū qd̄ etiam diuersum est ab vtroq̄ ꝓtrariorz qd̄ ideo est. qz q̄nq̄ stat sub vno contrario ⁊ quandoqz sub alio Et qz pncipaliter hic loquitur de transmutatione substantiali. ideo opz dicere q̄ vnus terminus est forma substantialis. ⁊ alius terminus est priuatio forme substantialis. ⁊ subiectum quod presupponit est materia prima que est ens in potentia non cum potest esse aliquis actus ante actum substantialem Dicendum

Q̄ Quomodo differant ista tria principia Dicendum q̄ differunt in ratione principiandi. ⁊ hoc pater. quia aliqua ex eis sunt principia in fieri tūm. sicut priuatio que solum est principium transmutationis rei. ⁊ non constitutionis Alia sunt princi-

pia etiã in facto esse. sicut materia ⁊ forma. ⁊ hoc est qd dicit Aresto. q ꝑuatio abijcit. qr nõ manet in re facta Et iterum priuatio est principium per accidens constitutionis. sed materia ⁊ forma sunt principia per se constitutionis. ⁊ sic dicitur priuatio principium. qr est causa sine qua nõ fieret mutatio. vt infra dicetur.

Queritur Quem ordinẽ hñt ista tria ꝓncipia Dõm q ista ꝓncipia pñt tripl'r ordiuari Vno° fm viam pfectionis. ⁊ sic forma precedit. deinde materia. ⁊ tercio ꝑuatio. qr forma dat eẽ. ⁊ sic est pfectior materia que recipit eẽ Alio° pñt ordinari fm viam generatõis. ⁊ sic ſt̃ adhuc dupl'r ordinabilia. vno° fm ordinẽ terminoꝝ. ⁊ sic ꝑuatio est terminus a quo in motu. ⁊ sic est primum in motu. ⁊ materia est subiectũ vel mediũ. ⁊ forma est terminus ad quẽ Alio modo pñt ordinari fm ordinẽ sustentatõnis. ⁊ sic materia ꝑcedit. qr materia sustẽtat ꝑuationem ⁊ formã Intelligitur em subiectũ ante contraria que ſt̃ in ipo. ⁊ sic etiam opz preintelligere materiam ante duo contraria scz priuationem ⁊ formam

Queritur Quare necẽ est ponere ꝑuatiõẽz in materia Dõm q ideo. qr ꝑuatõ est ꝓncipiũ trãsmutationis siue mobilitatis. ⁊ ipossibile est absq ꝑuatione fieri transmutatiõem vel motum. Qd sic. pbat. qr in ipa ꝑuatione duo includunt. s. negatio forme ⁊ aptitudo ad eandem. sed necẽ est ex vtraq pre ꝑuationẽ eẽ in materia si debeat mutari ad aliquaz formã nouã Primũ pz. qr nulla materia trãsmutat ad formã quã iã hz. g̃ necẽ est q in materia sit negatio illi° forme quã dz recipe Exẽpli gratia. materia hoĩs nõ ꝑt transmutari ad formã hoĩs. sed ꝑt transmutari ad formã cadauer̃. qr illã formã nõ hz Scda ꝑs pz ex pte aptitudinis. qr ⁊ si materia habeat negatõẽm forme. nun q̃ tñ natural'r trãsmutat ad illã formã. nisi etiaz in illa materia ponat aptitudo naturalis ad talẽ formã Exẽpli grã. q̃uis in maria lapidis sit negatio forme hoĩs. nõ tñ ex lapide fit natural'r hõ. qr in lapide non est aptitudo ꝓxima ad formã humanã. ⁊ ex hoc sumit cã quare celũ nõ ꝑt transmutari ad ista inferiora ⁊ ecõtra. qr in illa materia nõ est aptitudo ad istas formas. nec in materia istorum inferiorum est aptitudo ad formam celi. etiam loquendo de aptitudine ꝓxima vel remota.

Queritur Vtꝝ materia oĩm istoꝝ iferioꝝ hz annexã ꝑuatõnem ad oẽs formas substantiales istoꝝ inferiorum Et videt q sic. qr forme istoꝝ inferioꝝ pñt recipi in quãcunq materiã. g̃ maria hz ꝑuatõem ad oẽs formas Dõm q in ꝑuatõne est aptitudo. sed est duplex aptitudo alicuius ad aliquid Vna ẽ ꝓxima q̃ fit ꝑ paucas mutatões ⁊ sic nõ hz materia istoꝝ inferioꝝ ꝑuatõem ad quãcunq formã. ſz solũ ad illã formã ad quam ꝓxime est transmutabilis. sicut materia hoĩs hz ꝑuationẽ forme cadauer̃. qr ẽ ꝓxime ad illã transmutabilis. sed materia hoĩs nõ hz ꝑuationẽ ad formã asini. qr nõ est ꝓxime ad illã trãsmutabilis Alia est aptitudo remota q̃ fit ꝑ multas medias trãsmutatões. ⁊ sic q̃libet materia istoꝝ inferioꝝ hz aptitudinẽ ad quãcũq formã istoꝝ inferioꝝ. qr multẽ alterationib̃ medijs ꝑt q̃cũq materia istoꝝ inferioꝝ transmutari ad quãcũq formã istoꝝ inferioꝝ. ⁊ sic ex lapide ꝑt fieri hõ. ſz ꝑ multas trãsmutatões medias Vñ pz q drãter se hñt ad suscipiẽdũ formã aliquã materia celi. ⁊ materia terre ⁊ materia semis eq. qr materia celi hz negatõẽz sine aptitudine aliqua. ſz materia terre hz aptitudinẽ remotã ad formã eq. ⁊ semẽ eq hz aptitudinẽ ꝓinquã ad formã eq Sz ꝓtra. ex isto seqret q celũ nõ esset ens naturale. pbat. qr nõ hz in se ꝓncipia rerũ naturaliũ. cũ nõ habeat in se ꝑuationẽ Dõm q dupl'r dz aliq̃d ens naturale. vno° qr hz in se ꝓncipia ꝓstitutõis rerũ naturaliũ. ⁊ sic celũ est pfectũ ens naturale. qr ꝓstituitur ex materia ⁊ forma q̃ ſt̃ ꝓncipia ꝓstitutõis rerum naturaliũ Alio° dz aliq̃d ens naturale. qr hz in se ꝓncipia trãsmutatõis rerũ naturaliũ. ⁊ sic ẽ distinguendũ de trãsmutatõe. qr est aliqua trãsmutatio ad eẽ substãtiale. ⁊ ꝓncipiũ illi° trãsmutatõis nõ hz celũ. qr si sic tũc celũ eẽt corruptibile. qr posset suscipe formã substantialẽ quã nõ hz Alia ſt̃ ꝓncipia trãsmutatõis ad eẽ accidẽtale. ⁊ talia ꝓncipia trãsmutatõis ſt̃ in celo. qr in celo ẽ ꝑuatio situs quã nõ hz. ꝑt em celũ suscipe nouũ situ fm partes Et Aresto. loquit hic de vtraq trnsmutatõe scz tam substantiali q̃ accidẽtali. sicut patet in exẽplis textus. vbi exemplificat de immusico ⁊ musico.

Qr Utꝝ in oĩbus factionib̃ siue mutatõnib̃ naturalib̃ sint illa tria ꝓncipia. Arguit q non qr in mutatõnib̃ accñtalib̃ est ꝓcessus de ꝑuatõe in formã Exempli grã. qñ dz fieri trãsmutatio calidi in frigidũ tunc ibi fit trãsmutatio forme. s. calidi in formã. s. frigidum Dõ dz q duplicia ſt̃ ꝓncipia trãsmutatõis Per se. q̃. s. semp inueniũtur in oi trãsmutatiõe. ⁊ sic tria posita ſt̃ hic ꝓncipia trãsmutatõis. s. priuatio materia ⁊ forma. qr etiã in trãsmutatõe accñtali fit ꝓcessus ex ꝑuatione forme in formã. q̃uis etiã talis ꝑuatio habeat formaz positiuã ꝓiũctam Exempli grã qñ fit trãsmutatio calidi in frigidũ. tunc etiã in frigido est ꝑuatio calozis siue calidi q̃uis illa ꝑuatio sit sil'in frigiditate. Alia ſt̃ ꝓncipia trãsmutatõis ꝑ accñs. s. q̃ nõ ſp inueniũtur in trãsmutatione. ⁊ sic etiam ens in actu potest esse principiũ transmutationis Et simile est in mutationibus substãtialibus. qr cadauer fit ex homine ꝑ accidens. cũ qñq fiat ex alio animali scz ex asino. sed cadauer fit ex non cadauere per se. quia omne quod dz fieri cadauer necesse est prius q sit non cadauer priuatiue. sed nõ oportet q sit prius homo equus vel asinus

Querit̃ Utrum priuatio ⁊ forma possint simul stare. Dicendum q duplex est priuatio. quedã est priuatio forme habite. ⁊ illa non stat simul cũ forma. qr contrariat̃ sibi Alia est priuatio forme habende. ⁊ illa stat simul in materia cũ forma. ⁊ est principium transmutationis illius materie ad nouã formam. sicut in materia hominis est priuatio forme cadaueris. ⁊ illa priuatio ẽ principiũ quare materia hoĩs accipit formã cadaueris

Arguitur Principia debent manere in re ꝓncipiata siue facta. sed priuatio non manet in re principiata. q̃ non est principium. Dõm q duplicia ſt̃ principia rei. quedam sunt principia in fieri tm. ⁊ talia principia nõ manent in re facta Alia sunt principia in fieri ⁊ facto esse. ⁊ talia principia opz manere. ⁊ sic materia ⁊ forma sunt principia rerum naturalium. ⁊ hoc est quod Arestoteles infra dicit in tertio q ꝑuatio non est materia. quia materia manet ⁊ priuatio (non manet

Ar Quod non est non est principiũ sed materia non est. ergo materia non est principium. Dõm ad minorem q pupl'r aliq̃d

Liber Primus

dicitur eē. vno° fm actū. ⁊ sic materia prima fm se accepta nō est. qz eē ens actuale est a forma Alio° dr aliqd eē in potentia. ⁊ sic materia ꝑma est Et si tūc replicet. qd̄ non ē in actu nō est cā vel ꝓncipiū. sed materia nō ē in actu. g materia nō est cā Maior pz. qz causare ꝑsupponit eē. Dōm q dupl'r aliqd est cā. p q̄to nūc sufficit. Vno° fm genꝰ cāe efficientis. ⁊ sic est verū q cāre ꝑsupponit eē in actu Alio° aliqd est cā fm genus cāe materialis. ⁊ qd̄ sic est cā debet eē potentia Et rō istius est. qz cā efficiens agit effectiue extrinsece. sed nihil pt sic agere nisi sit in se pfectū. sed cā materialis causat receptiue recipiendo. s. formā. sz qd̄ recipit alterū hoc ē in poña fm q hmōi. nccē est g dicere q materia cāt receptiue ⁊ fm q est in poña nō fm q est in actu.

Ar Priuatio est simpliciter nō ens. qz est negatio. g nō est ꝓncipiū Dōm q ens accipit dupl'r vno° fm ꝑmas eius duas acceptiōes q̄ stz substantia ⁊ accidens. ⁊ sic est verū q ꝑuatio nō est ens. qz nō est substātia nec accēs Alio° accipitur ens. fm torā latitudinem sue pcationis. ⁊ sic etiā ꝑuatio est ens. qz est ens fm rem ciam acceptionē entis Est g priuatio ens priuatiuū.

Ar Ens ꝑuatiuū nō pt eē ꝓncipiū alicuꝰ positiui sed ens naturale est ens positiuū. g ꝑuatio que est ens ꝑuatiuū nō pt eē principiū entis naturalis qd̄ est positiuū Dōm q ꝑuatio est ꝓncipiū trāsmutatōis sicut dictū est. ⁊ trāsmutatio ex vna ꝑte est ens ꝑuatiuū qz priuat terminū a quo. ⁊ ideo optime dr q ē ꝓncipiū priuatiuū transmutatōis Et isto pz q ꝑprie priuatio non pt dici cā rei naturalis. sed bene ꝓncipiū. qz cā aliquid influit in effectum. sed ꝓncipiuz nihil influit. ⁊ sic est de priuatione vt patuit.

Qr Utr priuatio ꝑprie dicā inueniat in corꝑibus celestib Dōm q nō. qz ibi nō est ꝑuatio formē substātialis q̄ est ꝑprie dicā priuatio Sed arguit tñ q sic. qz in celo est negatio forme substātialis scz forme hūane. ⁊ est aptitudo ad formā substantialē celi. g ibi est negatio forme substantialis ⁊ aptitudo forme substantialis. ⁊ p ꝑns priuatio forme substantialis

Dōm q nō. quecūq negatio cū aptitudine etiaz ad formā substantialem facit priuationem. sed negatio alicuius forme cū aptitudine ad eandem facit priuationē. Est ergo in celo negatio alicuius forme substantialis sed non est aptitudo in celo ad eandem formam. qz celū non habet aptitudinem ad aliquam formam substātialem. cuius habet negationem Et istis etiam patet quomodo ꝓncipia stz contraria. qz illa contrarietas accipienda est fm principia transmutationis ⁊ non constitutionis. qz nihil constituitur ex contrarijs

Ar Materia ⁊ priuatio sunt vnum numero. g stz vnum principium Dōm q q̄uis sunt vnum subiectiue ⁊ materialiter differunt tamen rōne. ⁊ ideo differunt etiam sicut principia diuersa. sicut patet per Arestotelem infra qui ponit multas differentias inter priuationem ⁊ materiam. quecūq autem sunt idem re et rōne non pūt distingui in ratione principiandi.

Ar Quatuor elementa sunt principia rerum naturalium. ergo sunt plura principia q̄ tria Dōm q elementa sunt bene principia rerum scz mixtorum. sed non sunt principia adequata rerum naturalium. qz g elementa sunt res naturales. ⁊ cum idem non sit principium suiꝰ ꝑsius debent ꝑter elemēta poni aliqua communia principia. ⁊ sunt ista de quibus diximus hic

Et si dicatur: etiam appetitus materie est causa ⁊ principium rerum naturalium Dōm q ille appetitus cōꝑhenditur sub materia. qz appetitus materie ⁊ materia idem sunt. cū nihil aliud sit appetitus materie q̄ naturalis ordo materie ad formam. vt infra dicet in q̄stione de inchoatione formarum

Queritur Utrum materia prima posset per se subsistere Dicendum q nō. quia hoc quod implicat cōtradictionē est simpliciter impossibile ⁊ per nullam potentiam fieri potest. cū sit nihil qd̄ non cadit sub aliqua potentia. sed materiā q se subsistere implicat contradictionem. g per nullam potentiam fieri potest Minor probatur. qz quicquid subsistit habet esse actuale. si ergo materia prima subsistat. ergo habet esse actuale. sed omne esse actuale est a forma. cū eē sit propria conditio forme. g materia subsistens habet formam Si ergo materia per se subsistit habet formam quia subsistit. ⁊ cū nō habet formā. qz est materia ꝑma

Arguitur Forma potest subsistere sine materia. ergo materia potest subsistere sine forma Antecedens patet in substantijs separatis Dicendum q non est simile. qz non dependet forma incōꝑtum forma a materia. sed incōꝑtum forma rei generabilis ⁊ corꝑuptibilis. illa eim dependet a materia. et ergo si est forma rei ingenerabilis ⁊ incorꝑuptibilis. illa non dependet a materia. sic sunt forme separe. sz materia fm q hmōi semper dependet a forma. qz materia fm q hmōi non habet actualitatem per quam posset subsistere. sed forma incōꝑtuz huiusmodi semp habet actualitatem per quam potest subsistere sine materia

Ar Materia habet esse sine forma. ergo habet subsistere sine forma. quia sicut forma habet esse actuale. ita materia habet esse potentiale Dicendum q q̄uis materia habeat esse potentiale. tamē per hoc non potest subsistere ymmo impossibile est q p hoc esse potentiale ipsa materia subsistat in rerum natura. qz subsistentia non est sine aliquo actu quem actum materia non habet nisi per formam. ⁊ ideo ista bene cōceditur q materia habet per se esse. quia habet per se eē potentiale. sed non cōceditur q materia possit q se subsistere. qz hoc necessario fit p formam

Ar Deus potest supplere causalitatē cuiuslibet causē. sed forma ꝑseruat materiaz. ergo deus pt cōseruare materiā sine forma Dōm est q deus pt supplere causalitatez cuiuslibet cause extrinsece. s. finalis ⁊ efficientis. sed non potest deus suplere causalitatē alicuꝰ cāe intrinsece Et rō est. qz tūc fieret pars rei qd̄ repugnat diuine essentie. ⁊ ideo non pt supplere causalitatez cause formalis aut materialis ex qua Et sic etiā soluit aliud argumentū quo arguit. deus pt accēs cōseruare sine subiecto. ergo materiā sine forma. ꝑna tenet a simili. Dōm q non est sile. qz subiectū nō est intrinseca cā siue pars ipsius accētis. ⁊ ideo pt deus conseruare accidens sine subiecto. sed forma est intrinseca pars rei. ergo deus non potest supplere causalitatem cause formalis Qñ eim accēs subsistit sine subiecto. tūc tale accēs saluat in q̄titate q̄ est subiectū quo. sicut ꝑius dcm est

Ar Et isto sequeretur q materia esset ita simplex sicut deus. quia fm se non habet compositionez

Dōm q duplex ē simplicitas. qd̄ ā est simplicitas p remotionem omnis perfectionis. quia scz nulla perfectio est in ipso. et sic materia prima est simplex. qz si fm

se accipiatur nullam habet in se actualem perfectionem Alio modo aliquid est simplex per remotionem omnis compositionis. et sic deus est simplex. quia cuius in deo sunt omnes perfectiones rerum. non tamen habent in deo compositionem sicut in creaturis. quia in deo non est compositio materie et forme. nec esse et essentie. nec etiam accidentis et subiecti. quia ibi nulla est compositio.

Sic igitur nos dicamus primum de omni generatione aggredientes Est enim fm naturam communia prius dicere. et sic circa vnum quodque propria speculari. Dicimus enim fieri ex alio aliud. et ex altera alterum. aut simplicia dicentes aut composita. Dico autem sic hoc Est enim hoc fieri hominem musicum. est aut non musicum aliquod fieri musicum. aut non musicum hominem fieri hominem musicum. Simpliciter quidem igitur dico quod fit homine et non musicum. et quod simpliciter fit musicum. Compositum autem et quod non fit et quod factum est cum non musicum homine dicamus fieri aut musicum aut musicum hominem

Postquam Aristo. determinauit de numero principiorum disputatiue. hic determinat de numero principiorum demonstratiue et fm veritatem Et primo facit hoc secundo excludit errores antiquorum ibi (quod auerm' antiqui) Circa primum vult ostendere quod in quolibet fieri naturali inueniuntur tria. secundo ostendit quod illa tria sunt principia. Primo ponit quedam preambula que deseruiunt sibi ad suum propositum. et dicit quod vult geneneraliter loqui de omni mutatione. s. tam de essentiali fm quam illud dicitur fieri ex alio quam etiam de mutatione accidentali fm quam alterum dicitur fieri ex altero. Intendit quidem Aristo. quod in vtraque mutatione tam accidentali quam essentiali contingit terminos assignari vt simplices. vt homo fit musicus. vel ex immusico fit musicus Vel possunt termini assignari in composito dicendo sic. ex homine immusico fit homo musicus.

Horum autem quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri. sed esset ex hoc. vt ex non musico musicum hoc autem non dicitur in omnibus vt ex homine factus sit musicus. sed homo factus sit musicus.

Hic Aristoteles ponit diuersitatem membrorum diuidentium prioris diuisionis. Et ponit duplicem differentiam. prima stat in hoc quando assignantur termini mutationum vt compositi. tunc possumus vti duplici modo loquendi. s. in nominatiuo et in ablatiuo Exempli gratia possumus dicere ex homine musico fit musicus. vel homo musicus fit musicus Sed quando termini assignantur vt simplices. tunc vtimur tm vno modo loquendi. scz vel in nominatiuo vel in ablatiuo. et hoc sub tali differentia. quia quando hoc incomplexum in subiecto positum significat subiectum. tunc vtimur mo loquendi in nto tm. vt dicimus quod homo fit musicus. et no dicimus quod ex homine fit musicus. sz quando hoc incomplexum significat priuationem. tunc vtimur modo loquendi in ablatiuo tm. vt non dicimus homo fit musicus. sed dicimus quod ex homine fit musicus. et dicimus ex immusico fit musicus. et no immusicus fit musicus Et ro diuersitatis extra textum est. quia priuatio abijcitur in mutatione. quando ergo priuatio ponitur p principio. tunc debet loquutio fieri in ablto. sz materia significat principium quod no abijcitur. et igitur significando materiam vtimur mo loquendi in nto. quia ille est modus significandi nti

Eorum autem que fiunt sicut simplicia dicimus fieri aliquid quidem pmanens fit. aliud vero non pmanens Homo quidem enim pmanens musicus factus est. et homo est. sed no musicum et immusicum. neque simpliciter neque compositum permanet.

Hic ponitur secunda differentia terminorum mutationis et est ista. quando termini mutationum significatur vt compositi. tunc aliquid illius termini pmanet in mutatione. scz subiectum. et aliquid illius no pmanet. s. priuatio. sz quando assignantur termini vt simplices tunc absolute significatur aliquid quod pmanet. scz si assignetur subiectum vel aliquid quod non pmanet si assignetur priuatio Exempli gra. si dicatur ex homie immusico fit musicus. ibi manet homo mutatione facta. sed no immusicum.

Et terminatis igitur his ex omnibus que fiunt hoc est accipere si aliquis intenderit sicut diximus. quoniam oportet aliquid semp subijci quod fit. et hoc in numero est vnum. sz specie non vnum est Specie enim vnum dico et rone idem. non enim idem est homini et immusico esse. Et hoc quidem pmanet. illud vero no permanet. non oppositum quidem permanet. homo enim permanet. Musicum aut et immusicum non permanet. neque ex ambobus compositum. vt non musicus homo.

Postquam phus premisit quedam preambula. hic iam intendit pbare quod in omni factione requruntur tria. et circa hoc duo supponit. Primum est quod in omni factione psupponitur subiectum. Secdm est quod hoc subiectum quod psupponitur in factione cuius sit vnum numero. tamen non est vnum specie et rone. et ista duo supposita probat. sz ordine retrogrado. quia primo pbat secdm. et secundo primum Quia autem subiectum factionis est duo rone. probat duabus ronibus. que rones sumuntur ex preambulis pus positis. et stat prima ratio in hoc. illa no sunt eadem quorum vnum pmanet alio no pmanente. sz in subiecto factionis sunt duo quorum vnum pmanet post mutationem factam alio no pmanente. ergo non possunt illa duo esse vnum specie Ponit

exemplum quando ex immusico fit homo musicus. tūc non sunt idem homo ⁊ immusicus. quia mutatione facta manet homo. ⁊ non immusicum

Sed ex aliquo fieri aliquid. ⁊ non hoc fieri aliquid magis quidem dicitur in non permanentibus. vt ex non musico musicū fieri. ex homine aūt aut non Atuero ⁊ in permanentibus aliqñ dicitur similiter Ex ere eñ statuam dicimꝰ fieri. non es statuā. hoc aūt ex opposito ⁊ non permanenti vtrolibet ꝺr ex hoc hoc. ⁊ hoc hoc Et namq; ex immusico ⁊ immusicus fit musicus. Unde ⁊ in composito similiter est. etem ex immusico homine ⁊ immusicus homo dicitur fieri musicus.

Hic ponit secda rō. ⁊ stat in hoc. illa nō stꝫ eadē. in ꝗrū assignatōe vtimur diuersis modis loquēdi. sed in assignatōe materie ⁊ ꝑuationis vtimur diuersis modis loquendi. ꝗ nō stꝫ eadē Maior ptz. qr diuersi modi loquendi fundant in diuersis modis ꝛcipiendi ⁊ essendi Minor ꝓbat. qr assignādo ipm subiectū vtimur mō loquendi in ntō. dicimus em hō fit musicus Sed assignando ipam ꝑuationē vtimur modo loquendi in ablatiuo. dicimus em ex immusico fit musicicus.

Multipliciter aūt cū dicat fieri ⁊ hoꝝ quidē nō simplr fieri. sed hoc aliqd fieri. simplr aūt fieri substātiaꝝ solum est. fm quid alioꝝ manifestuz q̄ necesse est subijci aliquid ei qd fit Et em qtū ⁊ quale ⁊ alterum ⁊ quādo ⁊ vbi fiūt in subiecto aliquo. ꝓpter id q̄ sola substantia de nullo alio dicitur subiecto. sed alia omnia de substantia Q aūt ⁊ substantie ⁊ quecūqz alia simplr entia ex quodam subiecto fiant ꝓsideranti fiet vtiqz manifestū. semp em est aliquid qd subijcit ex quo fit qd fit. vt plante ⁊ aīalia ex semine.

Hic Arestoꝫ. ꝓbat alia suppōem que fuerat ꝑma in ordine. s. q̄ opz in omni factōe eē subiectū. ⁊ hoc probat duplr. ꝑmo mō ex pte eoꝝ que fiūt. secdo ex pte modoꝝ fiendi Quo ad ꝑmū ꝺr sic. oia que fiunt vel fiūt simplr id est substātialr. sicut qñ hō asinus bos dicuntur fieri. aut fiūt accidentalr vt qñ fit aliqd fm accidens. qñ scz aliqd fit albū vel nigrū. sed in oibus istis mutationib⁹ opz eē subiectū q̄ in omni mutatōne ꝑsupponit subiectū Minor ptz ꝑmo de mutatōe accñtali inductiue. qr si debeat fieri qtitas q̄litas aut ad aliquid opz sp ꝑsupponere subiectum Cuius rō est extra textū. qr eodem modo aliqua fiūt quo mō habent esse. qr fieri est via ad esse. sed accidens non est naturaliter sine subiecto. ergo etiam naturaliter non fit sine subiecto. Secdo ꝓbat idē de mutatione substantiali. ⁊ hoc facit inducēdo in animalibus ⁊ plantis. qr plante ⁊ aīalia fiūt ex semine sicꝫ ex subiecto. ⁊ acquirunt ꝑ mutationem substantialem. ergo in mutatōe substantiali opz ꝑsupponere subiectū

Ar In secdo phisicoꝝ ꝺr Arꝫ. q̄ semē hz se efficiēter ad rē ꝓductā. q̄ male ꝺr h q̄ habeat se matialr. Dōm q̄ in seie stꝫ duo attēdēda. s. vna ꝑs ex q̄ ꝓducit fetus siue fructꝰ. sic. ingrediēs subaz eiꝰ. ⁊ illa hz se materialr Alia ē ꝑs q̄ efficit organisatōez in matia. ⁊ talis ꝑs hz se efficiēter Exēplī grā. in ouo vitellꝰ hz se matialiter ad pullum. qr ex illo fit pullus. sed virtus formatiua que est ministrata ab efficiente siue ab agente hz se efficienter ad ꝓductionem pulli.

Fiūt aūt q̄ fiūt simplr. alia qdē trāsfiguratōe vt statua. alia ꝓ appōe vt q̄ augmtant. alia ꝓ abstractōe vt ex lapide mercuriꝰ. ꝓpōe āt vt domus. alia ꝓ alteratōe vt q̄ ꝓuertūt fm naturā. oia āt q̄ sic fiūt manifestū qm ex substantijs fiunt

Hic Arꝫ. ꝓbat qd ꝓus dcm est. s. q̄ in oī mutatōe oez eē subiectū ꝑ mōs fiēdi. qr eoꝝ q̄ fiūt. aliq̄ fiūt trāsfiguratōe sicꝫ statua. alia appōe. sicꝫ fons ex riuulis. aliq̄ fiunt abstractōe. sicꝫ q̄ fiūt ꝑ sculpturā sicꝫ mercuriꝰ ex lapide alia fiūt ꝓpōe. vt domꝰ. alia alteratōe sicꝫ nutritū fit ex nutrimēto. sz in oibꝫ istꝫ ꝑsupponit subiectū. q̄ in oī mutatōe necē est ꝑsupponere subiectū Minor ptz. qr qñ aliquid transfiguratur tūc ꝑsupponit subiectū. qd capit aliam ⁊ aliam figuraz. ⁊ sic etiam de alijs est dicendum

Quare oñsuz ex dcis ē. qm qd fit sp ꝓpositū ē Et ē qdē aliqd qd fit. est āt aliqd qd ñ fit. ⁊ hoc duplr Aut ē subiectū aut oppositū. dico āt oppositū qdē nō musicū. subijci āt hoīem Et infiguratōe. ⁊ in ordinatōem ⁊ in formatōez oppositū Es aūt ⁊ lapidem ⁊ auꝝ dico subiectum

Conclude

Queritur Utrz scie medie sint magis phisice q̃ mathematice Pro qua q̃stiōe est ꝓsiderandū primo quot sint scie medie. secdo quare dicant medie Dōm g̃ē q̃ st̄z tres. s. musica pspectiua ꝛ astronomia. ꝛ dicūtur medie. qz mediū est qd̄ aliq̃d pticipat de vtroqz extremoz. sed iste scie pticipāt aliquid de mathematica. ꝛ aliq̃d de phisica. g̃ dicūtur medie inter phisicā ꝛ mathematicā Minoz ostendit. qz accipiunt aliqd̄ mathematicū. ꝛ illud applicāt ad aliqd̄ phisicū Exempli grā. musica determinat de nūero qui est aliquid mathematicū applicato ad sonū qui est obiectū naturalis potētie. ꝛ sic est aliq̃d phisicū Perspectiua determinat de linea q̃ est aliqd̄ mathematicuz. ꝛ applicat ad visum q̃ est potentia naturalis Sil̄r astronomia accipit magnitudinē q̃ est aliqd̄ mathematicū. ꝛ applicat ad motū astroꝝ siue ad astra. ꝛ sic ꝓponūt iste scie q̃tū ad subiecta ex aliquo mathematico ꝛ aliq̃ phisico. ꝛ iō dicunt medie Per hoc g̃ ad q̃stionē dōm est q̃ iste scie medie st̄z simpl̄r magis phisice q̃ mathematice. Circa qd̄ sciendū est q̃ in scia st̄z duo ꝓsiderāda. s. ipa res ꝓsiderata. q̃ hz se material̄r ad habitū sciētificū ꝛ pncipia siue media demōstrādi q̃ hūt se formal̄r penes q̃ sumit formalis rō ꝓsiderandi Quātū igit ad rem ꝓsideratazz sic sunt simpl̄r phisice. qz in istis scientijs accipit aliqd̄ mathematicū ꝛ applicat rei phisice sicut dcm̄ est. ꝛ isto modo pcedit rō doctoris in ꝓmēto. ꝛ Arest̄z. q̃d dicit q̃ sunt simpl̄r magis phisice. ꝛ doctor sanctus probat. qz motus dz habere spēm ex termino. cū g̃ termin̄ ē simpliciter phisicus. g̃ scie medie st̄z simpl̄r phisice. Alio ꝓsiderant in ipa scia pncipia. ꝛ tūc dōm est q̃ in sciētijs medijs pnt ꝓsiderari duplicia pncipia. s. illa que ꝓprie ꝛ adequate se hūt ad illā sciam. ꝛ illa in scientijs medijs debēt ꝓportionari rei ꝓsiderate. sed res ꝓsiderata ē magis phisica. g̃ iste scie q̃tū ad talia pncipia ꝓpria magis erūt phisicales Item si ista pncipia eēnt simpl̄r mathematicalia. tūc eēnt eadē pncipia scie subalternantis ꝛ subalternate. ꝛ p ꝓns eēnt vna scia simpl̄r qd̄ est falsum. Alia st̄z pncipia in scientijs medijs. in que final̄r scientia media resoluit. ꝛ illa sunt plus mathemathicalia q̃ phisicalia. qz iste scie sunt subalternate mathematicalibus Nam astrologia ꝛ pspectiua subalternantur geometrice. que est scia mathematicalis. qz g̃ scia hz specificam distinctionez ꝛ entitatem ex ꝓprijs pncipijs. g̃ scie medie etiam q̃tum ad pncipia ꝓpria dicēde sunt simpliciter plus phisice q̃ mathematice.

Ar Scie medie enumerātur inter mathematicas sicut ptz in quadruuialib̄ scientijs. g̃ st̄z mathematice Dōm q̃ scie medie pnt dupl̄r capi. Uno quo ad pncipia ꝓpria que st̄z eis adeq̃ta. ꝛ tunc sunt plus phisice. ꝛ a talibus pncipijs scia specificatur Alio accipiūtur scie medie fm illa pncipia in que finaliter resoluunt. ꝛ tūc st̄z simpl̄r mathematice. qz scie medie subalternātur mathematicis sed pncipia scie subalternate resoluunt in pncipia scie subalternātis. ꝛ q̃tum ad hoc enumerant inter scias mathematicas. tū ptz q̃ sunt simpl̄r phisice ꝛ fm quid mathematice Et sic solutur illud argumentū quo sic arguitur. scia subalternata spectat ad genus subalternāt̄z. Dōm q̃ hoc ē verū quo ad cōia pncipia. sed non quo ad ꝓpria pncipia a quibus sumit specialem rōem considerandi

Queritur Quare est aliq̃ scia media inter mathematicā ꝛ phicam ꝛ nō inter mathematicā ꝛ metaphisicam. cū tū etiam habeant ordinem ad inuicē. sicut mathematica ꝛ phisica Dōm q̃ hoc ē ideo. qz scia metaphisicalis ꝛ mathematicalis habent se ad materiā p ꝓtradictiōem. qz metaphisicalia st̄z oino abſq̃ materia fm q̃ hmōi. ꝛ mathēaticalia st̄z cū materia. sz inter ꝓdictoria nullū est mediū. g̃ nō pt̄z aliqua scia inter eas mediare. sed mathematicalia ꝛ phicalia st̄z ꝓiūcta materie. q̃uis diuersimode. ꝛ sic mathematicalia que st̄z ꝓiūcta materie ymaginabili possunt ꝓtrahi ad hoc q̃ ꝓiungātur materie sensibili.

Quoniam aūt natura dupliciter dicitur species ꝛ materia. sicut de simo quid sit intendim̄ sic considerandum est Quare neqz sine materia huiusmodi neqz fm materiam Ont de quib̄ nālis phia hz ꝓsidere

Postq̃ Arest̄z. primo diffiniuit naturā in vna capitulo. in secdo diuisit naturā. in tercio posuit drīam phisici a metaphisico Nūc in isto capitulo pncipaliter iurēdit dicere de quibus ꝓsiderat scia naturalis. ꝛ vult q̃ phia naturalis tractabit de materia ꝛ forma. Et ꝓbat hoc duabus rōnib̄ Prima est q̃ phus naturalis hz determinare de natura. qz aliquid dicit naturale. ex eo q̃ hz naturā. sed natura dz de materia ꝛ forma. g̃ ꝛc. Se

eunda rõ est. qz ꝓsideratio naturalis phie est sicut cõsideratio simi. vt patuit in capitulo ꝑcedenti. sed ꝓsideratio mathematici est sicut ꝓsideratio curui. sed simũ significat formã in determinata materia. g̃ phisicus hz simul considerare materiam z formam.

Et em̃ iam z de hoc dubitabit aliquis dupliciter. qz duc in natura sunt de qua est phisica. aut de eo quod ex vtrisqz Sed si de eo qd ex vtrisqz z circa vtraqz. vtrum igitur eiusdez aut alius vtraqz cognoscere.

Mouet duas dubitacoes

Hic ꝓnũr Arest. mouet duas dubitationes circa p̃dicta Ex quo em̃ dictũ est q phia naturalis debet determinare de materia z forma. inquirit an etiã determinandũ sit de toto ꝓposito naturali qd est ex vtrisqz. z qz illa questio est satis nota ex p̃dictis (notum em̃ est q de rebus naturalibus est determinundum que st̃ tota cõposita) intendit istam scz qz in phia naturali st̃ multe ꝑticulares scie. vtrũ g̃ ad eandem spectat determinare de materia z forma sil'vel ad vnã spectat determinare de materia z ad aliam de forma Sic em̃ est de mathematicalibus. quia mathematica scia est de numeris z magnitudinibus. z rũ nõ determinatur in eadẽ scia de numeris z magnitudinibus. sed in alia z alia. qz in geometria determinat de magnitudinib. z in arismetrica de numeris.

In antiqs ꝗdẽ em̃ aspicienti videbit vtiqz eẽ materiei Ex qua em̃ pte quãdã Empedocles z de mocritus spem̃. z qd ꝗd erat esse tetigerunt.

Solut z ad dubitacoes

Hic Arest. soluit scdam questionẽ. z ꝓmo fm opinionẽ antiquorum. z ꝛõ q fm antiquos phia naturalis erit solũ de materia. qz antiqui nihil vel paꝝ de forma tractauerũt. Democritus aũt z Empedocles vident formã aliqualiter tetigisse cũ diceb ãt aliqua fieri ex alio per congregationem. que tamen nõ est ꝓprie forma substantialis. z ideo imperfecte formam ꝓgnouerunt

Si aũt ars imitat naturã. eiusdẽ aũt scie est cognoscere ſpem̃ z materiã vsqz ad hoc vt medici sanitatez z colerã z flegma. inq̃bꝫ est sanitas sil'r z edificatoris est spem̃ domꝰ z materiã qm̃ lateres z ligna sunt Sil'r z in aliis. z phisici vtiqz erit cognoscere vtrasqz naturas.

Solut z ad dubitacoes

Hic Arꝯ. ostendit tribus rõibꝫ q ad eandez sciam spectat determinare de materia z forma Prima stat in hoc. ars imitatur naturã. sed eiusdem artis est ꝓsiderare formam z materiam. sicut patet in medicina. que ꝓsiderando sanitatem etiã considerat coleram z flegma z humores in corpe naturali in quibꝫ prime subsistit sanitas Et sil'r patet hoc de edificatore qui ꝓsiderat cum forma domus etiã lapides z ligna. g̃ sil'r eadẽ scia naturalis debet considerare materiam z formam

Adhuc qd cuiꝰ cã fit z finem eiusdẽ z q̃cũqz st̃ ꝓpter hoc. Natura aũt finis est z cuiꝰ cã fit

Quoꝝ em̃ ꝓtinui motꝰ existẽtis est finis aliqs motꝰ ꝗ vltimũ est z cuiꝰ cã fit Vñ z poeta derisorie apposuit dicere Hũc finẽ cuiꝰ ꝗdez cã effectus est Vult ei nõ oẽ cẽ vltimũ finẽ ſz optimũ

Hic ponit scdam rõem z stat in hoc Dis scia ꝓsiderans finẽ hz etiã ꝓsiderare ea q̃ st̃ ad finẽ id est media quibꝫ attingit finis. sed forma ẽ finis materie. g̃ scia ꝓsiderãs formã hz etiã ꝓsiderare materiã Maior ptz. qz ex fine sumit ratio mediorꝝ ad finem. Minorẽ probat. Aresto. dupl'r. ꝓmo ex conditionib finis Scdo p similitudinẽ in artibus. qz duo sunt de rõne finis Primum est q est cuius causa Scdm est q est quid vltimum. ſz forma est hmõi qz est cuius causa z est quid vltimum. g̃ forma est finis materie

Qm̃ aũt faciũt artes materiã alie ꝗdẽ simpl'r alie ꝓpopose. et vtimur tanq̃ ꝓpter nos oibꝫ q̃ sunt Sumꝰ em̃ ꝗdammõ z nos finis Dupl'r em̃ est id cuiꝰ cã fit Dem̃ est aũt de bis in bis q̃ de ꝓma phia sunt Due igit̃ sunt principiantes materiã z ꝓgnoscentes artes. q̃ vtit̃ z factiua. q̃ architectonica Vñ z vsual' architectonica ꝗdãmõ est Dñt aũt fm q hmõi spẽi ꝗdez ꝓgnoscitiua est architectonica. alia aũt vt factiua materie Gubernator em̃ q̃lis sit spẽs aliq̃ temonis cognoscit z instituit Aliꝰ aũt ex q̃ ligno z q̃libꝫ illis erit. In bis ꝗdem igit̃ q̃ sunt fm artẽ: nos facimus materiã, ꝓpter opus. s. in phisicis inest

Hic ꝓbat idem p similitudinem in artib. z p̃ sic sumi rõ. sicut sehz vsus ad formaz in artib. ita forma ad materiã. sed vsus forme est finis forme. g̃ forma est finis materie Ꝓro ista rõe sciendum: q triplex inuenitur ordo artiũ. q̃dam em̃ st̃ artes que disponũt materiam. z tales artes st̃ minus ꝓncipales Alie st̃ artes introductiue forme rei artificialis. z ordinant̃ ꝓme artes ad scdas sicut ad finem. Tercia est ars vsualis q̃ vtit̃ re fcã. z illa est finis scde artis exempli grã. ẽ aliqua ars que disponit ligna vt nauis fiat ex lignis. z est alia ars que facit nauẽ ex lignis sic dispositis. z est tercia ars nauigandi q̃ vtitur naui facta. z ita tercia ars vocatur architectonica quasi ꝓncipalis ars. z ꝛõ ab archi qd ẽ ꝓnceps. z regni scia. quasi ꝓncipalis scientia Ex his probant̃ maior z minor. qz vsus est finis ipius forme. z ideo fit forma vt vsus habeat̃. g̃ forma est finis materie Jõ em̃ disponit̃ materia vt forma talis vel alia introducat̃ et sic hz eodem modo se vsus ad formã sicut forma ad materiam Et subdit Aresto. in tertio q nos sumus ꝗdãmodo finis oim̃ artificialiũ. qz omnia artificialia fiunt ꝓpter nos Artes em̃ inuente sunt ad hoc vt in q̃ natura deficit hoc ars suꝑpleat. qz g̃ artes st̃ ad suꝑplementũ nature. sic sequitur q st̃ ꝓpt̃ homies Ex ẽ sciendũ q etiã in 2° de aia addit Arꝯ. q hõ est finis oim naturaliũ

et hoc declarat sic. qz mixta stz ꝓter plãtas. z plãte ꝓter aialia. aialia stz ꝓter hoies. qz nutriũt hoies. g hõ e finis oim naturaliũ. sicut ibi latius patet.

. Amplius eorꝫ que sunt ad aliquid materia est. In alia cm̃ specie alia materia

Nic ponit tertia rõ ad idẽ. z est ista. ea que stz ad aliqd spectãt ad vnã scĩam. sz materia z forma stz ad aliqd. g spectãt ad vnã sciaz. Maior nota est. qz vnũ relatiuũ sp ꝓgnoscit p reliquũ. Minor ostendit. quia quelibet materia habz formam sibi ꝓportionatam. ergo habet ordinẽ ad formã sibi proportionatã

Materia z forma stz in p̃dicamento subẽ. g nõ stz relatiua. cũ p̃dicamẽta sint inter se distincta. Dõm q duplicia stz relatiua q̃ tũ. p nũc sufficit. qdã stz relatiua fm eẽ. z illa stz soluz de p̃dicamẽto relatõis. vt pater z filius dñs z seruus. Alia stz relatiua fm dici. z illa stz pncipaliter de alio p̃dicamẽto q̃ relatõis. z talem relatõem hñt materia z forma

Esse materie depẽdet a forma totaliter. z sic videt q materia z forma hñt relatõem fm esse Dicendũ q̃uis totũ esse actuale materie depẽdeat a forma. nõ tã simpliter totũ eius esse depẽdet a forma. hz cm̃ materia aliqd esse reale. q̃uis potẽtiale p se. sed relatiua habẽt totũ esse suũ a correlatiuis. qz pater nullũ hz esse nisi a filio Est tamẽ ꝓsiderandũ q illa relatio pt dici realis qsi in re reali fundata. sicut dictũ est in ꝓmo libro. Dicit etiã potius materiã depẽdere a forma q̃ eꝫ qz materia fm q hmõi depẽdet fm esse actuale ab ipsa forma. sed forma fm q hmõi nõ depẽdet a materia. qa stz quedã forme immateriales.

Usqz ad quantũ g phisicum oz cognoscere spẽm z quicqd est. aut quẽadmodũ ad medicũ neruum. et fabrũ es vsqzquo. Cuius cm̃ causa vnũquodqz. z circa hec q̃ sunt separate quidem spẽs in materia: Nõ cm̃ hoiem generat ex materia et sol Quõ ergo se habeat hec separabilis et quid sit phie ꝓmo est determinare

Quia nũc dictũ est q phs naturalis hz determinare de materia z forma. posset aliqs dubitare an habeat determiare vlr de oibus formis. Et rñdet Aresto. q nõ. z vult q ꝓsideratio phie naturalis solũ est ad illas formas q̃ stz in materia. Et h pbat. qz sicut medicus ꝓsiderat sanitarẽ fm q est in determinata materia. sic etiã phisicus hz ꝓsiderare formã fm q est in materia. de separatis q̃ ist formis nõ hz phisicus ꝓsiderare. sz metaphisicus Et q vltrius ꝓcludit q̃s sit terminus ꝓsideratõis phie naturalis. Et ot q terminus eius est aia rõnalis. h cm̃ est de rõe termini qd est qd vltimũ. qz oẽs formas infra aiam rõnalem ꝓsiderat phisicus. z nullã formã citra aiam rõnalem: g ipa est finis z terminus ꝓsideratõis phie naturalis. Q aũt aia rõnalis cõsiderat a phisico pbatur sic qz forma eius in materia est phisice ꝓsideratõis. sed aia rõnalis est hmõi. g. Minorẽ pbat. qz ois forma rei generate ex materia est in materia. sed aia rõnalis est forma rei generate ex materia. qz ad h rendit generatõ vt forma sit in materia. g. Maior ẽ manifesta. minorem ꝓbat. qz sol z hõ generant hominẽ ex materia

Vtrũ scia considerãs formã etiã habeat ꝓsiderare materiã Dõm q sic. cuius rõ est. qz ois scia. pcedit p cãm. sed forma est cã materie. ergo cognoscẽs formã etiã scientifice cognoscit aliqliter materiã. Maior pz ex ꝓmo posteriorꝫ. Minor oñdit rõe z similitudine. Rõe sic. qz finis est cã eorꝫ q̃ stz ad finẽ. sz forma est finis materie. g est cã cognitõis eius. Per similitudinẽ pz in diuersis artib. qz ars cõsiderãs formã neccario hz dirigere illã q disponit materiã. sicut pz de illo q introducit formã nauis. Nõ cm̃ pt forma nauis intrus ducinisi materia sit debito mõ disposita. Opz g q introducẽs talẽ formã. ꝓmo dispõem illius materie cognoscat. h aũt nõ oz ecõtra. qz pt aliq ars cognoscere materiã sine forma q̃ est introducibilis in materiã. sicut pz de manu artifice. i. de illo q ꝓparat materiã. Et iõ ot Aresto. ꝓmo metaphisice q manuartifices operant sicut q̃dam in aiata. qz scz nõ cognoscũt finẽ opis qd spectat ad inaiata. Habet tamẽ scia introductiua forme aliaz supiorem artem q̃ vocat architectonica. q̃si pncipalis scia. qz illa ars dirigit artẽ introductiuã forme

Artifex cõsiderat formã artis z materiã eius cõsiderat phisicus. g considerãs formã nõ hz considerare materiã Dõm q materia rei artificialiũ pt dupliter accipi. Uno mõ absolute z fm eius naturaz. z sic pt cõsiderari a phisico. qz talis materia est ens naturale. sicut lignuz vel lapis. Alio capit materia rei artificialis fm q hmõi. i. fm q est materia rei artificialis. et sic materia neccario cõsiderat ab artifice Et hoc sic pz qz nõ pt q̃cũqz forma in quãcũqz materiã introduci. etiam loquẽdo de forma artificiali. Oportz g q artifex eligat sibi determinatã materiã. z sic oz q cognoscat materiã vt introducat formam.

Diuerse stz artes cognoscẽtes materiã. z nõ introducẽtes formã. g pt aliq ars cõsiderare materiã z nõ formã Dõm q illa rõ bñ. pbat q nõ sp ars cõsiderãs materiã hz cõsiderare formã. sz cõsiderãs formã hz cõsiderare materiã. Cuius rõ est quia in oñibus potẽtijs z habitib supior potẽtia aut habitus pt illa cõsiderare q̃ stz inferioris potẽtie vel habitus z nõ ecõtra. Cũ g ars factiua forme est altior. sic cognoscit id quod cognoscit ꝓparatiua materie. sz nõ ecõtra

Forma est por materia. sz cõsideratõ poris nõ depẽdet a cõsideratõe posteriorꝫ. g pt cognosci forma absqꝫ materia Dõm q artifices q cõsiderãt formas naturaliter exñtes in materia nõ pñt cõsiderare formas sine materia. Cuius rõ est. qz q̃uis forma est por via pfectionis. nõ tamen via generatõnis. q mõ cõsiderat ars formã habẽtẽ esse in materia. z iõ scia aliq bñ pt cõsideaare formas separatas. qz ille forme nõ stz in materia Et si dicat. porista cõsiderat formã sine materia. Dõm q porista cõsiderat formã sine materia cõtracta z certa. cõsiderat tamẽ materiã sibi ꝓportionatã. s. duas ꝓpões z tres terminos.

Querit Utrũ ars imitet naturã. Dõm q sic Arguitur q nõ. qz aliq stz a natura simpliter z nõ fiũt ab arte. ibi ars nõ imitat naturã Dõm q in reb inueniunt triplices effectus. stz cm̃ aliq effectus q̃ solũ fiũt a natura. et in illis manifestũ est q ars nõ imitat naturã. qz ad tales effectus ars nihil facit. nec pncipaliter nec instrumẽtaliter

Ars m' effectebq·tą q a na z arte sit fund·q̃ qui arte solu fiunt: imitat' naz: pbat

Liber Secũdus

liter. vt sunt hõ alinus z cĩs. Aliq̃ ſt̃ effectus q̃ fiũt ab arte tm̃ ad q̃s nõ ꝓcurrit opus nature. sic dom' vel tunica. Aliq̃ ſt̃ effect' sil' ꝑducti a natura z ab arte. sic ptz de sanitate. q̃ qnq̃z generat' ꝑ beneficiũ medicine. z ex ea pte fit ab arte. z tm̃ ꝓncipal'r acq̃rit ꝑ virtutẽ naturalez in signũ cui' si ꝓtus natural' sit debilitata nũq̃ ꝑt medicina efficere sanitatẽ. z h̃ ideo ē. qz instrumẽtũ nõ opatur nisi sit motũ a ꝓncipali agente. sz medicina est instrumentũ nature. Rõem aũt hui' ponit Aresto. septimo metaphisice. qz oz in omni materia eē aptitudine ad formã. illa ãt aptitudo est pure passiua. sic scilz q̃ nihil sit ĩ materia q̃ moueat ad formã effectiue. z sic fiũt artificialia vt domus z tunica que fiũt ꝑ artem tm̃ Aliq̃ in materia pexistit forma fm virtutẽ actiuã fm quã ꝓtutem ꝑt seipam mouere ad formã. q̃uis tamen ꝑ artẽ iuuari possit. z sic, ꝑducunt etiã forme ꝑ naturã. z eo mõ est de sanitate. sicut dictũ est. Per hoc q̃ dõm' est ad q̃stionem q̃ in vltimis duob' effectib'. s. tã ab his que ſt̃ a natura z ab arte sil'. q̃ in his que fiunt ab arte tm̃ ars imitat' naturã. In ꝓmis ergo effectibus ars imitat' naturã duplr. ꝓmo q̃tũ ad efficatiã operãdi. secdo quãtũ ad modũ operãdi. Quãtũ ad efficatiã operãdi. qz ars innitit ꝓtuti naturali sicut ꝓncipali agenti. z ido tota efficatia operãdi habet' ex natura. Ex pte etiã modi operãdi. qa in operãdo ars obseruat eũdem modũ z ꝑcessum quaz natura ꝓuaret si ipa talẽ effectũ ꝑduceret. Exẽpli grã natura sanat repletõem humoz ꝓmo ꝑ digestionẽ. secũdo ꝑ mollefactõem: tercio ꝑ expulsionẽ. Sic sil'r ars facit in medicina In alijs aũt effectib' qui fiũt ab arte tm̃ ars imitat' naturã fm quãdã ꝓformitatẽ que ꝓsistit in duob'. ꝓmo ex pte rez factaz quãtũ ad modũ faciendi Procedit em̃ natura ab impfecto ad pfectũ. vũ si natura faceret aliq̃d q̃d ars facit nũc. tũc natura eodẽ modo oparet sicut mõ operat' ars. vt si natura ꝑducerz domũ tũc in fundamẽto poneret grauiora. z in pte supiori poneret leuiora. Secdo ex pte ꝓncipij. qz sicut opa nature ſt̃ ab intellectu. ita etiã opa artis. sed dñer. qz opa nature ſt̃ ab intellectu nõ errãre. s. ab intelligẽtia z aia nobili. z h̃ probat ordinatus ꝑcessus nature. qz naturalia agũt sine defectu sua opa. sed opa artis fiũt ab intellectu humano q̃ errare ꝑt. Ex hoc sumit' cã q̃re illa que fiunt ab arte diuina sunt istis reb' ꝓsubstãtialia. qz scz est cã substãtie rei. z oia subsunt sue operatõi. sz ars humana solũ est cã quorundam accidentium.

Ar Ars ꝑcedit naturã. q̃ nõ imitat' naturã. Ans ꝑbat. qz ars est ꝓncipiũ nature. qz a diuina arte omia ꝑcedũt Dõm q̃ est duplex ars. vna est diuina. z illa ꝑcedit naturã. qz est ꝓncipiũ nature. Alia est ars humana. z tal' ars imitat' naturã vel sequt̃. Et dz notãter. imitat' z nõ assimilat'. qz imitatio ꝓportat quandã sequelã ꝓportionis. sed similitudo vel assimilatõ importat perfectã ꝓuenientiã. sufficit q̃ q̃ quedã sit imitatio in eis. s. ꝓportionis sicut dictũ est.

Ar Natura agit ad vnũ. z ars ad opposita. q̃ ars nõ imitat' naturã Dõm q̃ illa rõ hñ ꝑbat q̃ non est pfecta sil'itudo inter opa nature z artis: sufficit tm̃ q̃ sit quecũq̃ sil'itudo ꝓportionis. Q̃ ãt ars ē ad opposita ꝓtingit ex impfectione artis humane

Ar Ars agit cũ deliberatõe. z natura nõ. qz natura nõ ꝓgnoscit. deliberatio ãt est cũ ꝓgnitõe. q̃. Dõm q̃ pfecta ars etiã nõ deliberat. qz pfecta ars hz habitũ inclinãtẽ. z ad opus artis ordinãtez ꝑ modũ nature. Vel ꝑt dici q̃ q̃uis natura nõ habeat ꝓgnitõem sibi ꝓiunctã. hz tm̃ cognitõnem separãã. qz naturalia dirigunt' ab intelligentia non errãre.

Querit Utr aia rõnalis sit de ꝓsideratõe natural' phie Dõm q̃ sic. Cui' rõ est. qz eodez mõ aliq̃d cadit sub aliq̃ scia q̃ mõ hz ordinẽ ad subiectũ illius scie. z hoc est ideo. qz oia in scia ꝓsiderata hñt ordinem ad subiectuz sed aiã rõnalis hz ordinẽ ad ens mobile q̃d est subiectũ phie natural'. qz est ps entis mobilis. q̃ aiã rõnalis cadit sub ꝓsideratõe phie natural'. Sed a rõ ad idem. qz in genere entiũ triplicia iueniũt entia. q̃dã em̃ ſt̃ simplr immobilia z imaterialia. z illa directe cadũt sub ꝓsideratõe metaphisice. q̃uis tm̃ talia attributiue cadere pñt sub ꝓsideratõe phie natural' fm q̃ hñt ordinẽ ad motũ vt pz de ꝓmo motore. de q̃ in phia naturali determinat vt ptz in octauo huius. In alio ãt ordine sunt entia omnino mobilia z materialia. sicut ſt̃ res generabiles z corruptibiles. z tales res directe cadunt sub consideratiõe phie natural'. Alia sunt entia medio modo se habentia. sicut est aia rõnalis. q̃ ꝑt accipi duplr. Uno modo fm q̃ pficit materiã corporalem ꝓstituens spẽm rei naturalis. z sic est phisice considerationis. qz sic conuenit cum alijs formis corporalibus. Alio mõ accipit' aia ꝑut est forma nõ educta de potẽtia materie potẽs separari a materia. z sic ꝓuenit aiã rõnalis cũ formis immaterialib'. Capiendo ergo aiãm ꝓmo mõ tũc est phisice ꝓsideratõis. capiẽdo ãt eã secdo mõ sic est metaphisice ꝓsideratõis Circa q̃d sciendũ q̃ in aiã rõnali sunt tria ꝓsideranda. s. esse posse z operari. q̃libet em̃ forma hz in se ista tria. Accipiendo q̃ aiãm rõnalem quo ad entiã ꝑt duplr cõsiderari Uno mõ q̃tum ad ꝓncipium originis. z sic est metaphisice ꝓsideratõis z non phice. qz tal' origo nõ fit per motũ phisicũ. sed ꝑ creatõem. Alio mõ accipitur aiã rõnalis quãtũ ad terminũ sue subsistentie. et sic eius ꝓsideratio spectat ad naturalem phm. qz aia rõnalis subsistit in determinata materia. z ē actus materie. ex q̃bus resultat vnũ compositũ. z sic phisicus determiat de vnione aie z corpis. z de aiã fm q̃ est in corpe. Sil'r posse aie ꝑt duplr cõsiderari. Uno mõ q̃tũ ad illas potẽtias. fm q̃s aia cõicat corpi z sic posse aie cõsiderat' a phisico. tales em̃ potẽtie ſt̃ vegetatiue z sensitiue. Alio mõ accipit' aiã fm potẽtias fm q̃s aiã nõ cõicat corpori. z sic posse eius spectat ad metaphicũ Uñ pz q̃ metaphisicus hz ꝓprie determiare an aiã intelligat post separãõem a corpore. z q̃uo tũc intelligat Sil'r dõm ē de opatõe. qz phisicus hz determiare de illis opatõib' fm q̃s cõicat corpi. Et iõ qz intellectus q̃tũ diu est in corpe vtit fantasmatibus z corporalibus organis in sua intellectione ꝑt etiã naturalis phs de intellectõe z potentia intellectiua considerare.

Ar Phs natural' hz determinare de natura. sz aiã rõnalis nõ est natura. q̃ nõ hz determinare de aia Dõm q̃ aia capit duplr. vno' fm q̃dum aie et sic aiã nõ est natura. z hoc est vez distinguẽdo aiãm ꝑ naturã q̃ est ꝓncipiũ mouendi ad vnũ. qz nõ est ꝓncipiũ motus naturalis. sed aiãl' Alio' ꝓsideratur aia fm inferiorẽ q̃dũ aie. s. fm q̃ est forma corpis vel corpis mixti. z sic aia est natura. qz est ꝓncipiũ motus natural' determinati ad vnum. sic em̃ omnia aialia mouent' deorsum Vel potest dici q̃ aiãm ē ps rei naturalis. z ideo cadit sub consideratione phie naturalis.

Forma naturalis acquiritur p generationem naturalem. sed aia rōnalis nō acquirit p generationem naturalē. sed p creationem. g̃ ꝛc Dōm q̃ dupl'r aliq̃d acquirit p motū naturalē. Uno mō intrinsece. qz scz generās est cā efficiēs introductōis illi⁹ forme. ꝛ sic oēs forme corpales ꝑter aiam rōnalez acquirunt p motū naturalē. Alio mō acquirit aliq̃d p generationem dispositiue. qz scz materia disponit ad hoc ab agēte naturali vt forma introducat a supiori agente. ꝛ sic aia rōnalis acquirit p generationem naturalem.

Et hoc sequeret q̃ hō minus generaret hoiem q̃ asin⁹ asinū. qz hō nō itroducit formā Dōz q̃uis hō nō introducat formā ꝓ ture semis hūani. tn̄ disponit materiā sub q̃dam necitate ad tale formā qz scz disposita materia necē est cōditionata necessitate formā introduci. ꝛ h̄ ex ista ꝓditione. qz si de⁹ vult seruare ordinē quē in reb⁹ ꝓstituit. tūc materia sufficiēter disposita necē est talem formā introduci tali materie. sz nō est necārium necitate absoluta aut coarctatōis. Per h̄ dz ad argumētū. q̃ magis est disponere materiā ad formā superiorez. ꝛ introducere formā inferiorem. sic facit semen humanū. q̃ solū introducere formā inferiorē.

Ab eode agente est dispō materie ꝛ introductio forme. g̃ nō disponit materia ab agēte naturali. ꝛ itroducit aia rōnalis p agēs supnaturale Dōm q̃ duplex est forma. q̃dam est q̃ pexistit causalit in ꝓtute seminali materie. sicut st̄ oēs forme ꝑter aiam rōnalem. ꝛ sic verū est q̃ ab eodez agente est dispō materie ꝛ introductio forme. Alie st̄ forme que nō pexistūt in ꝓtute seminali materie causal'r. vt patz de aia rōnali. ꝛ in talib⁹ necē est materiā disponi ab vno agente. et introduci formā ab alio Sufficit em̄ agentia esse sub ordinata. q̃uis non sunt vnū.

Si aia rōnalis crearet. g̃ hō dz dici creari. ꝛ nō generari. qz denoiatio dz fieri a forma Dōm q̃ est duplex forma. q̃dā totius vt hō. ꝛ q̃dā ꝑtis vt aia. Dicit g̃ q̃ denoiatio dz fieri a forma tot⁹ et nō a forma ꝑtis. q̃uis g̃ aia rōnalis non generat. tn̄ hō generat. qz generatio ab hoc terminat q̃ forma vnitur materie. ꝛ ex illa vnione resultat forma totius

Queritur Utꝛ sol ꝛ hō generāt hoiez Dicendū q̃ sic Arguit q̃ nō. qz hō generat ꝓtute oim corpm celestiuz. g̃ nō solis tn̄. Dōm q̃ sol nō capit hic. p vno planeta tm̄ sz capit h̄. p virtute tot⁹ corpis celestis. ꝛ h̄ iō qz ꝓtus corpis celestis nob magis manifestat p solē ꝛ eius motū. qz p eius accessuz ista inferiora generāt. ꝛ p recessuz corrūpūt. Cōcurrit g̃ sol ad generatiōem sicut cā vlis instrumental. ꝛ hō ꝓcurrit sicut cā ꝓticularis

Eterminatis aūt his ꝓsideradūz est de cāis. q̃ ꝛ quot numero sint Qm̄ em̄ sciēdi grā h̄ negociū est scire. aut nō aū opinamur vnūquodq̃ quaz vtiq̃ accipiamus. ꝑpter q̃d vnūquodq̃. Hoc aūt est accipe ꝑmā cām. manifestū est qm̄ ꝛ nobis h̄ faciendū est. ꝛ de gnā tōe ꝛ corruptōe. et de omi phica mutatōe. q̃tenus sciētes coꝝ ꝑncipia inducere in ipsa tēp/temus quesitoꝝ vnūquodq̃ Necessariū ꝑ dēnare de cāis

Postq̃ Aresto. determiauit de q̃b⁹ est scia naturalis scz de materia ꝛ forma et de reb⁹ naturalib⁹. h̄ ꝑnr vult determinare de causis ex q̃b⁹ ꝓcedit scia naturalis Et ꝑmo ponit necitatem determinādi de caus. secdo determinat de eis. Probat g̃ ꝑmum. s. q̃ necē est determinare de caus. ꝛ hoc sic. qz ista scia determiat de reb⁹ phisicalib⁹ sciētifice. i. fm q̃ de eis est scia. ꝛ g̃ h̄ negociū. i. ista scia differt a ꝓcticis sciētiis. in q̃b⁹ ꝓsideraūt res operabiles a nob. sed scire est rē p cām ꝓgnoscere. g̃ opz in ista scia determinare de caus ex q̃bus scīunt res naturales et iō in ista scia est accipienda ꝑma cā. i. ꝓma. Et ita manifestū est q̃ h̄ determinādum est de caus generationis ꝛ corruptionis ꝛ phisice mutationis.

Metaphisicus ꝓsiderat de caus. g̃ nō phisicus Dōm q̃ duplex est determiatio de causis. q̃dā est vlis. ꝛ de caus vlibus q̃dā st̄ cāe esse rei. et sic metaphisic⁹ cōsiderat de cāis. Alio⁹ determinat de causis fm q̃ referunt ad aliq̃s determinatos effect⁹ et sic phisic⁹ determinat de caus. qz phisic⁹ hz cōsiderare de causis rez naturaliū generatōis et corruptōnis ꝛ phisicalium mutationum

Uno q̃dem mō cā dz ex q̃ fit aliq̃d cuz insit. sicut es statue ꝛ argentū phiale. ꝛ horū genera

Hic cōseq̃nter exequitur secdam ꝑtem. ꝛ ꝑmo facit hoc secdo infert tria corrolaria ex dictis. Et dz ꝑmo q̃ cause dicūt multis mōis. Uno q̃dē mō dz cā et q̃ fit aliq̃d cū insit. ꝛ illa cā est materia. vt es dz causa statue. ꝛ argentū phiale ꝛ etiā genera coꝝ. vt metallū. ꝛ sic de alijs Et dz notāter (cū insit) ad remouendū ꝑuatiōem ꝛ ꝓtum eius. i. negatōem. quē q̃uis sint cāe rei naturalis in fieri ꝛ trās mutari. nō tamē st̄ cāe in facto ēe. vt statua fit et ere tāq̃ ex materia. nō āt est ꝑuatio cā statue tā facere sed est cā constituēdis p accidens tm̄. vt ꝓius dictū est in ꝓmo huius. ꝛ sic est ꝛne ꝑncipium ꝛ non cā. quia nihil influit in causatum.

Alio aūt mō spēs et exemplum. hec aūt ē rō ipsius q̃d quid erat esse et huiⁿ genera. vt eiⁿ que est dyapason duo ad vnum. et omino numerus. et partes que in diffinitione

Hic ponit secdm modū cāz. dicēs q̃ alio⁹ dz cā spēs et exēplū Dicit em̄ exēplū ꝑpter Platonē q̃ posuit ydeas ēe exēplar ꝛ padigma oim rerū. Dicit etiā spēs. qz species vel forma est rō q̃ditatis rei siue q̃d erat ēe. qz est illud p q̃d deuenim⁹ in cognitōez ipius rei. vt. s. sciam⁹ q̃d ipsa res in se st. Et sicut dictū ē in ꝑtu ꝓcedēti. q̃ genera cāe material' st̄ cāe in genere cāe material' Sic' dz q̃ genera cāe formal' etiā st̄ cāe in genere formal' Et exēplificat dicēs. q̃ ꝓportio numeral' respectu soni hz se vt cā formalis. ꝛ numer⁹ respectu duoꝝ vel triuz hz se vt forma vel spēs. Et dz ad hūc modū cāe etiā reducūtur oēs ꝑtes diffinitiōis. q̃ etiam respectu diffiniti habēt se vt cāe formales. Nā vt dz septimo metaphisice. ꝑtes spēi ponūt in diffinitōe. nō aūt materia Et ē sciendū q̃ h̄ dictū nō est intelligendū de ꝑtib⁹ materie indiuidual' sz de ꝑtib⁹ materie cōis. qz ipe etiā intrāt diffinitōem rei natural' de necitate. sicut in diffinitōne hoīs ponūt carnes ꝛ ossa. nō āt hē carnes ꝛ hē ossa

Amplius vnde ꝓncipiũ mutatõis primum
aũt quietis est. vt ꝓsiliãs causa. et pater filij et
omnia faciens facti. et ꝓmutãs ꝓmutati

Hic ponit terciũ modũ causaꝝ dicẽs q̃ tercõ mõ dr
esse cã vñ est ꝓncipiũ motus ⁊ quietis. ⁊ illud est cã efficiẽs. sicut ꝓsilians dr causa ꝓsiliati: ⁊ pater dr cã filij. et faciens dr cã facti. ⁊ ꝓmutãs ꝓmutati Notãdũ q̃ q̃drupler est causa efficiens. s. ꝓficiẽs. vt illa q̃ motui ⁊ mutatõi dat ꝓplementũ. Disponẽs q̃ ꝓparat ⁊ disponit materiã ad vltimũ ꝓplementũ. Coadunãs. vt que nõ operat ad finem ꝓprium. sed alienũ. Consiliãs. que dat formã q̃ agens operat. ⁊ ꝓtingit in agẽte fm ꝓsiliũ qd agit p sciam quã ꝓsilians dedit. sicut in reb̃ naturalib̃ generans dr mouere grauia ⁊ leuia. quia eis indidit formam naturalem ad quam sequeretur motus localis eorum sursum ⁊ deorsum.

Adhuc aũt quẽadmodum finis. hoc ãt est cuius qd cã: vt ambulandi sanitas. ꝓpter quid ambulat. dicimus vt sanet. Et dicẽtes sic opinamur assignare cãm Et quecũq; iã mouente alio intermedia fiũt finis grã. vt sanitas. macies. aut purgatõ. aut potões aut organa Omnia eim̃ hec finis grã sunt. Differũt tm̃ ab invicem q̃ alia q̃dem opa: alia ꝓo organa: Cause q̃dem igit fere tot modis dicũtur

Ponit quartũ modũ causaꝝ. dicẽs q̃ q̃rto mõ cã est illud grã cui? fit aliq̃d. ⁊ illa est finis. ⁊ nõ solũ finis vltimus dr talis cã. imo oia media ordinata ad finẽ si fiãt ꝓpter aliud hũt rõem cãe finalis. Et exẽplificat de his in textu dicẽs. vt q̃cũq; iã alia mouẽtia st̃ fines. vt sanitatis. macies. purgatio. potio. ⁊ organa q̃ oia habent rõem cãe finalis inq̃ntum ordinant̃ in vltimũ finẽ q̃ est sanitas. Hũt eim̃ instrumẽta ⁊ organa ꝓpter ministrare potõem egrotãti. ⁊ potio ministrat̃ ꝓpter purgatõẽz. et purgatio fit ꝓpter maciem. ⁊ macies fit ꝓpter sanitatem. ⁊ hec oia ꝓticipant rõem cãe finalis Et pbat specialiter ꝑs finẽ habere rõem cause tali mõ. Illud hz rõnem cause qd ꝓueniẽter rñdet ad interrogatiõem facta p ꝓpter quid. Et cũ eim̃ querimus ꝓpter qd ambulat h̃ ꝓuenienter rñdetur vt sanet. q̃ sanitas est cã finalis ambulatõis. Ideo ꝓcludit ꝑs q̃ finis hz rõem cause. cuz tot erunt cause q̃t modis ꝓuenienter rñdetur ad interrogatõem factã p ꝓpter quid. Et hoc ꝓbat ꝑs potius de causa finali q̃z de alijs. Cuius rõ est. q̃ minus videt habere rõez cause. cũ finis sit vltimus in executõe. q̃uis est ꝓmus in intentõe agentis. sed de rõe cause est cẽ ꝓncipiũ. Tunc ꝓcludit ꝑs q̃ tot modis dicũtur cause. id est tot st̃ genera causarum.

Contingit aũt multipliciter dictis causis: et multas eiusdẽm causas esse nõ fm accidẽs vt statue statuifica et es. nõ fm alterum aliq̃d sed fm q̃ est statua. sed nõ eodẽ mõ Sz h̃ quidẽ vt materia. illud aũt sicut vñ motus

Enumeratis spẽbus causaꝝ iã infert tria correlaria seu ꝓditões istarũ. Prima ꝓditio est. q̃ vnius ⁊ eiusdẽz effect̃ st̃ plures cause p se ⁊ nõ fm accñs. ⁊ hoc nõ subeadẽ rõe. vt statuifica ⁊ es st̃ cause p se statue. sed statuifica est cã efficiens statue. ⁊ es est cã materiat̃ ipius statue p se. ⁊ domificator est causa efficiẽs p se domus. ⁊ lapides ⁊ ligna st̃ causa materialis domus.

Vnius rei nõ est nisi vnũ esse. q̃ vnius rei non st̃ plẽs cause. sed solũ vna cã Dom fm textũ q̃ vnius rei nõ st̃ plures cãe fm vnã ⁊ eãdẽ rõnem. sed nihil ꝓhibet vnius rei plẽs cẽ causas fm diuersas rões. ⁊ inde est q̃ pñt esse plures diffinitiones vni? et eiusdẽ rei fm diuersas cãs date. ⁊ p diffinitõem causalem intelligimus diffinitõem datam per causam efficientem vel finalem.

Sunt aũt quedam et ad invicẽ cause: vt laborare cã est boni habit?. et hic laborãdi. sed non eodem modo. Sed hoc q̃dem sicut finis illa sicut principium motus

Hic ponit secdam ꝓditõem causaꝝ que est. q̃ cãe st̃ sibiũ invicẽ cause. vt ãbulatio est cã sanitatis. ⁊ sanitas ẽ causa finalis ambulatõis. sed nõ in eodem genere causẽ. q̃ ambulatio est cã efficiens sanitatis. sed sanitas est causa finalis ambulationis

Idem nõ pt cẽ cã ⁊ effectus. sed sanitas ẽ effectus ambulatõis. igit nõ pt esse causa final' eiusdem Dom q̃ fm aliã rõem est cã. ⁊ fm aliã rõem est effectus. Est eim̃ causa finalis fm q̃ apꝑhendit p intentõem agentis. inquantũ agens intẽdit illum finem. sed est effectus inquantũ agens talem effectum complet ⁊ in actum ponit ad extra.

Amplius aũt eadem ꝓriorũ est cã. Que eim̃ ꝑsens cã huius est. hãc ⁊ absentem causaz ꝓrij vt absentia gubernatoris nauis submersiõis cuius erat p̃sentia causa salutis

Hic ponit terciam ꝓditionem causarũ que est. q̃ idẽ potest esse cã ꝓriorum effectuum. qd est verum si h̃ idẽ habeat se alio ⁊ alio modo. sicut idẽ nauta est cã salutis nauis p sui pñtiam. q̃ debite gubernat nauem: ⁊ idem nauta est causa submersionis nauis. ⁊ hoc si non debite gubernat nauem

Omnes autem nũc dicte cause in quatuor incidũt modos maꝗestissimos Elementa eim̃ syllabarũ ⁊ materia vasoꝝ. ⁊ ignis ⁊ hmõi corporũ. ⁊ ꝑtes totius. ⁊ suppõnes conclusionis sicut ex quo cause sunt. Haꝝ aũt he q̃dem st̃ sicut subiectum et partes Alie aũt sunt sicut qd quid erat esse. et totũ et compõ ⁊ species. Se-

mē aūt et medicus et ꝓsiliās et omnino faciēs st̄. vnde principium mutatiōis aut status aut motus est. Alie aūt sicut finis et bonum aliorꝫ Que em̄ est cuius cā potissima est. et finis aliorum bonū voluit esse. Differt aūt nihil eādem dicere bona vel videri bona Cause autem igit̄ he. et sunt tot specie.

Hic reducit Aresto. omnes causas p̄dictas ad q̄tuor genera causarū. ꝛ dicit ꝙ oēs cause ꝑius dicte cadunt in q̄tuor modos manifestissimos. i. in q̄tuor genera causarꝫ. Unū est genus cāe materialis. q̄ elemēta st̄ materia syllabarꝫ. ꝛ es ē materia vasorꝫ enecorꝫ. ꝛ ignis ꝛ alia elemēta st̄ materia mixtorū. Partes ꝓo sunt materia totius. ꝛ suppōes. i. p̄misse sunt materia ꝓclusiōis Omnia em̄ ista elemēta habent se sicut subiectū ꝛ ꝑtes Alia est cā formalis q̄ est qd̄ quid erat esse totū compositus ꝛ species. qd̄ dicit Aresto. ꝓter duplicē formā. q̄ aliqua est forma ꝓsitorꝫ que ꝓsistit in quadā compōe. Alia est forma simplicū que forma d̄r spēs. Alia est cā efficiens. que est p̄ncipium mutatiōis status aut motus. sicut semē est causa efficiens illorꝫ q̄ ex semīe generāt̄. ꝛ medicus ꝛ ꝓsiliās ꝛ oīno. i. vl̄ter faciens. i. cā facti in genere cāe efficiētis. Alia est cā sicut finis ꝛ bonū aliorū. ꝛ illa est causa potissima. q̄ mouet oēs alias cās ad causandū Mouet em̄ p̄mo finis efficientē ꝛ efficiēs mouet materiā ꝛ formā. Et addit Aresto. in textu q̄ nihil refert dicere siue finis sit bonus siue videat bonus. quia vtroq̄ modo mouet efficientē

Vtrū q̄tuor sint genera causarū. Dōm q̄ sic. Qui⁹ rō est. q̄ tot st̄ genera cārū q̄t mōis ꝓtingit aliq̄d influxiue ꝓcurrere ad cē rei naturalis. sed h̄ ꝓtingit tm̄ q̄tuor modis: ḡ ꝛc. Maior ꝑz. q̄ p hoc differt cā a p̄ncipio. q̄ p̄ncipium nihil influit in p̄ncipiatū sicut causa. ꝛ ideo p̄ncipium est p̄ncipiū ꝛ nō causa. cū nō influat. Minor ꝑz. q̄ res naturales ꝓcedūt de potētia ad actū. Ex hoc igit̄ oꝫ ī eis ponere duas cās. s. materiale que est potētia. ꝛ formale que est actus. Et q̄ nihil ducit seip̄m de potentia ad actū nisi moueat ab ente in actu. ideo oꝫ ponere cām efficientē. q̄ d̄r ab Aresto. p̄ncipiū vñ motus. Et q̄ cā efficiēs nō agit nisi ꝓter finē. ideo etiā oꝫ ponere cām finalē. ꝓter quā efficiēs agit Unde ꝑz. q̄ in ꝓstitutōe rei naturalis siue materialis opꝫ ꝓcurrere q̄tuor cās: qd̄ notāter d̄r. q̄ in rebꝫ separatis nō oꝫ oēs istas cās ꝓcurrere. q̄ separata dependēt tm̄ a tribꝫ causis. s. ab eff. ciēte formali ꝛ finali. Mathematicales āt ab vna tm̄. s. formali. vt in phemio dictū est

Quōdistinguant cāe Dōm q̄ p̄ma distinctio cārū est. q̄ q̄dam st̄ intrinsece. ꝛ q̄dā extrinsece. Intrinsece st̄ q̄ intrinsece ꝓcurrūt ad esse rei naturalis. i. q̄ ꝓstituūt rē naturalē ꝛ manēt in re naturali facta. sicut st̄ materia ꝛ forma. Alie aūt st̄ causē extrinsece q̄ nō manēt in re facta sicut efficiēs ꝛ finis. Potest ḡ dari sufficiēcia causarꝫ. Omnis cā cōcurrit ad effectū. vel extrinsece. vel intrinsece. Si intrinsece. vl̄ cōcurrit ad cē rei susceptiue q̄ suscipit eē. ꝛ sic est materia. vel dat esse formal̄r. et sic est forma. Si extrinsece. h̄ est dupl̄r. vel est p̄ncipiū vñ fit motus. ꝛ sic est cā efficiens. vel est causa ꝓter quā fit motus. ꝛ sic est finis

Quis sit ordo causarꝫ Dōz q̄ in causis ꝑt sumi duplex ordo. s. cālitatis. ꝛ ordo fm q̄ magis ꝓcurrūt ad effectū. Primus ordo adhuc subdiuidit. q̄ ē duplex cālitas. s. fm viā intentōnis. ꝛ sic finis est p̄ma cā. vel fm executōem. ꝛ sic efficiēs est p̄ma. Et q̄ via intētōis p̄supponit a via executōis. ideo simpl̄r finis est p̄ma cārum fm viā cālitatis. Sed fm q̄ ꝓcurrūt ad effectū est distinguēdū. q̄ aliq̄d ꝓcurrit ad effectū dupl̄r scz fm viā generatōis. ꝛ sic materia est p̄ma. vel fm viā pfectionis. ꝛ sic forma est p̄ma.

Materia nō est cā. ḡ non st̄ q̄tuor cāe. Añs p̄bat. q̄ cā est ad cui⁹ esse sequit̄ aliud. sed materia nō habz esse. ḡ non potest esse cā Dicendum p̄mo q̄ ista diffinitio cause p̄ncipalius intelligit̄ de causa efficiēte. q̄ ad ei⁹ esse sequit̄ aliud. Secōdo ꝑ tū etiam intelligi de alijs causis. ꝛ tūc dōm est q̄ cuius materia nō habeat esse in actu. habet tū esse in potētia. ꝛ h̄ sufficit ad causalitatē cause materialis. q̄ cā materialis in sua causalitate nō agit. ꝛ ideo nō causat effectiue. sed solū receptiue. sed hoc qd̄ est in potētia hoc ꝑt recipe alterū ꝛ causare receptiue. Tercio ꝑ dici cuius materia nō habet esse in actu. habet tamē esse per formā quod sufficit ad suam causalitatem

Causa est p̄ncipiū cognoscendi suū causatū. sed materia nō est p̄ncipiū ꝓgnoscendi suū effectuz ḡ nō est cā Dōm q̄ materia accipit̄ dupliciter Uno mō. p materia signata. i. determinata. ꝛ tūc materia est p̄ncipium ꝓgnoscēdi aliq̄d fm sensum. q̄ sic ē p̄ncipiū cognoscendi singularitatꝫ in indiuiduis. Alio mō capitur materia. p materia in vniuersali fm q̄ est accepta in spē. ꝛ tunc est p̄ncipium ꝓgnitionis intellectualis quia est pars quidditatis. ꝛ quidditas est principium cognoscendi diffinitum.

Materia q̄litercunqꝫ capiat̄ est ens in potentia sed vnūquodq̄ cognoscit̄ fm q̄ est in actu: ergo materia nō est cognoscibilis. ꝛ p consequēs nec est principiū cognoscibilitatis Dōm q̄ hoc argumētū. pbat q̄ materia fm se accepta nec ꝑ se ꝓgnoscit̄. nec est p̄ncipium ꝓgnoscendi. tamen fm q̄ est sub forma. et sic est etiam aliq̄d in actu. Et si dicatur. ḡ cognoscibilitas aduenit materie a forma Dōm negando ꝓñaz. q̄ etiam forma ꝓgnoscitur ex materia. sicut patet in diffinitione forme partis. ꝛ tū ex hoc non arguitur q̄ forma non sit causa. sed probatur q̄ nec forma nec materia sit p̄ncipium ꝓgnitionis ꝓpletuz rei naturalis. tamē vtrū q̄ est principium ꝓgnitionis partiale.

Omnis causa ꝓor est suo effectu. sed finis non est prior suo effectu. ergo nō est cā. Dōm q̄ illud quod est finis accipit̄ dupl̄r. Uno modo fm q̄ ē in intentione agentis. ꝛ sic precedit omnes alias causas. et sic habet rationem cause. quia de ratōe cause finalis ē mouere efficientem. Alio mō accipitur illud quod est finis fm q̄ est in executione operis. ꝛ sic non habet ratōez cause sed effectus. quia tunc nō mouet efficientē. sed est aliquid acquisitum ab efficiente.

Intētio nō mouet real̄r. si ḡ finis ē intētio. ḡ non mouet real̄r Dōm q̄ ē duplex intētio. q̄dā ē intētio secōda. q̄ est logica. ꝛ tal nō mouet real̄r. q̄ fit ꝑ intellectū. sic gen⁹ ꝛ spēs. alia ē intētio p̄ma. s. res primarie ꝓcepta Et tal ē duplex. q̄dā ē pure speculatiua. q̄ nō oꝫdinat ad opus extrinsecū. ꝛ illa intētio itez nō mo

Ordo cārū dur ꝑ ꝑt prio

uet realiter. Alia est intentio practica q̄ est de re factibili a nobis. ⁊ talis intentio p̄t realr̄ mouere. ⁊ talis intentio est finis. Exempli grā. phs habet intentōnem domus apud intellectū suum. ⁊ etiā carpētator. sz in pho domus nō est finis. qz non mouet eū ad operādum. sed domus ꝓcepta in anima carpentatoris est finis. qz mouet eum ad domificandum

Sr Finis est effectus. g̃ nō est cā Aīs probat. qz vltimū qd̄ acquirit in opatōe est effectus. ⁊ hoc etiā est finis. g̃ finis est effectus Dōm q illō quod est finis accipit dupl'r. Vno mō pt̄ est in intentione agētis. ⁊ sic est causa ⁊ nō effectus Alio fm q est in executione opis. ⁊ sic est effect ⁊ nō cā. Et rō est. qz p̄mo mō finis mouet efficiētem. sedō aūt mō nō

Sr Finis qūz p̄ēxistit opatōi. g̃ nō mouet sic opantem fm q est in appēhensione Dōm q illud qd̄ est finis nunq̄ p̄est eo modo q̄ acq̄rit p opatōem. Exempli grā. pecunia est finis auari. nō qualitcūq̄ sed possessa. cuius igitur pecunia p̄ēxistat. nō tamē vsus vel possessio pecunie.

Sr Finis nō debet vocari cā. qz eo mō q̄ est finis ē aliquod vltimū. sed cā est aliqd̄ p̄mū. ergo ⁊c.

Dōm q quādo vocatur aliqua cause finalis tūc ille particule debent referri ad diuersa. qz eo mō quo est cā nō hz rōem finis sed p̄ncipij. sz eo mō q̄ est finis hz rōem vltimi ⁊ non p̄ncipij

Sr Postea dr q forma ⁊ finis coincidūt. g̃ nō sunt quatuor cause. Dōm q cuius coincidāt material'r. qz sunt in vno subiecto. nō tū formaliter ⁊ in rōe causandi. qz idē habet aliā rōem causandi fm q est forma ⁊ fm q ē finis. qz forma hz causalitatē intrinsecā in ordine ad materiā quā informat. sed finis habet rōem extrinsecā. sz ad motionē agentis. Et iā efficiens hz causalitatē extrinsecā in ordine ad materiā quā mouet. Et quib̄ possumus elicere rōes causandi oim causarū. qz causalitas materie est subiici intrinsece alicui forme. causalitas forme est informare materiam intrinsece. efficientis est mouere materiā. finalis est mouere efficiētē. Et ille rationes nunq̄ coincidunt

Sr Partes diffinitōis spectant ad genus cause materialis ⁊ formalis. vt pz in textu. g̃ materialis ⁊ formalis cause coincidūt. Dōm p̄mo q duplices sūt ptes. s. indiuidui ⁊ spēi. ptes indiuidui spectant ad genus cause materialis. ⁊ ptes spēi spectāt ad genus formalis. Nō enim dicit Aristo. q ptes diffinitōis spectant ad genus cause formalis ⁊ material'. sz dicit q spectant ad genus cause formalis. ⁊ postea general'r addit q ptes spectant ad genus cāe materialis. qd̄ intelligit de partib̄ materialib̄. sicut dr in textu. Sedō dr. q si vtrūq̄ intelligat de ptibus diffinitōis. tūc dōm q partes diffinitōis possunt ad duo ꝓparari. Vno mō q̄ ad suppositū in quo recipiunt. ⁊ sic sunt formales. qz recipi est conditio forme ⁊ supius sp cōparat ad inferius sicut forma. Alio mō tales ptes ꝓparātur ad naturā quam ꝓstituunt. sz ipsius diffiniti. ⁊ sic habēt se sicut partes materiales. Cuius rō est. qz de rōe materie est esse aliq̄d imperfectū. cū ergo partes cōparate ad ipm diffinitū habeāt rōem impfecti. ideo sic habent rōem. i. ꝓditionē materie Et si dicat. ꝓnōes sunt cause materiales et efficiētes ꝓclusionis. ergo cā materialis ⁊ efficiēs coincidunt. Dōm q p̄misse accipiunt dupl'r. vno mō grā extremitatū. ⁊ sic p̄misse sunt cāe materiales ꝓclusiōis qz extrema sunt termini positi in ꝓclusione. ex q̄bus cōclusio material'r ꝓponit. cū medio non intret ꝓclusionē. Alio mō capiunt p̄misse grā medij. ⁊ sic sūt cause efficiēs ꝓclusionis. quia vnio extremitatum in medio facit vnionem extremitatum in conclusione

Sr Aliq̄ est causa exemplaris g̃ sunt plures q̄ q̄tuor Dōm q ꝓtinet sub vno genere causarum. Ꝓo quo notādū q causa exēplaris p̄r ad duo comparari. Vno modo ad subiectū in quo est. ⁊ sic reducitur ad genus cause formalis. qz tunc cā formal' est forma intellect̄ practici siue ydea q est in intellectu practico. ⁊ sic phs ꝓprie non hz in se ydeā domus. sed bene habet spēm intelligibilē domus. qua cognoscit domuz qz ydea fm aliq̄s dr talis spēs intelligibilis relata ad opus. ⁊ illa dr cā exēplaris. vel ydea fm alios est verbū practicū obiectiue existens in intellectu practico. ⁊ hoc videt magis dōz. ⁊ tamē adhuc ydea habet se per modū forme. cuius cīm nō informat. tū ordinat intellectuz practicū ad operandū p modū forme. Alio mō accipit cā exēplaris fm q referr̄ ad effectum. qui natus est fieri p talem ydeā. ⁊ sic spectat ad genus cause efficientis. qz est principiū effectiuū illius ydeati. i. effectus q̄ fit p talē ydeā Et si dicat. opatio vel efficiētia fit p potētiā. g̃ non fit p ydeā. Dōm q duplex est agens. quod dā est p naturā. ⁊ hoc hz ex eodem efficatiū operādi ⁊ terminationē ad opus. qz hoc agens agit solū ad vnuz ex ꝓditione sue ꝓprie forme. sicut ignis calefacit p ꝓpriā eius formā. Aliud est agens intellectuale qd̄ pt agere ad opposita sicut hō. ⁊ hoc agens hz efficatiā operandi a potētia. sed determinatōez ad opus habet ab ydea. qz ydea determinat intellectū practicū nunc ad vnū opus nunc ad aliud. qz idem agens iā pt operari scānū. iā domū fm diuersitatē ydearū. ⁊ sic determinat p ydeā vel p artē. Et est notādum q principalius habet se cā exēplaris ad genus cause efficiētis q̄z formalis. qz exēplaris cā dicitur ad cuius similitudinē aliquid fit. ⁊ ideo habz potius ordinē ad effectuz q̄z ad subiectū.

Sr Subiectū est causa passionis. ⁊ nō videt in quo genere cause. g̃ erūt plura genera causarū. Dicendā q subiectū est cā passionis in triplici genere cause. Primo in genere cause materialis. qz passio est in subiecto sicut forma in materia. Secundo subiectū est cā efficiens passionis. ⁊ hoc grā p̄ncipiorū. qz ex principijs subiecti fluit passio effectiue. vel potius subeffectiue. sicut dr in notatis circa sedō de aia. Dicit notāter de ꝓpria passione. quia subiectū non est cā efficiēs cuiuslibet accidentis. qz multa accētia oriunt in subiecto ab extrinseco. tamē subiectū est causa materialis cuiuslibet accidentis. Tercio subiectū est causa finalis passionis qz subiectum est pfectibile per ipsum accidens. sed perfectibile est finis perfectionis.

Sr Etiā subiectum est cā formalis passionis. qz ponitur in eius diffinitōe Dōm q duplex ē diffinitio. q̄dam est diffinitio intrinseca ⁊ essential'. et illius ptes sunt formales. Alia est diffinitio data p additamentū alterī generis. ⁊ illius partes non oportet esse formales. qz sunt extrinsece

Sr In diffinitione essentiali ponit materia. p parte diffinitōis. quia in diffinitione hominis ponuntur materia ⁊ forma. qz aia rōnalis ⁊ corp̄ humanū. ergo in diffinitione essentiali ptes nō sunt formales. Dōm q materia accipit dupl'r. vno modo p ma

teria signata. ⁊ sic nunc̃ est ꝑs formalis. Alio mõ accipit pro materia in cõmuni. que est ꝑs quidditatis. ⁊ sic etiã materia potest dici ꝑs formalis.

Ar Si subiectum est cã efficiẽs ⁊ materialis. g̃ materia ⁊ efficiẽs coinciderẽt. ⁊ sic idẽ erit in potentia ⁊ in actu Dõm q̃ duplex est materia. quedam est materia ꝓmo ꝓma. ⁊ illa est ens in pura potentia. ⁊ nunc̃ ꝑt coincidere cũ efficiẽte. qz ꝑm se nũc̃ põt esse in actu qd̃ est de rõne efficiẽtis. Alia est materia secunda q̃ est ens in actu. sicut est materia forme accñtalis. ⁊ hec ꝑt coincidere cũ efficiente. q̃a illa est ens in actu simplr. sed ꝑm quid in potentia.

Ar Quadruplex est cã efficiẽs. g̃ sunt plures cause. Añs ꝓbat. qz aliqua est cã efficiens ꝑficiens aliqua coadiuuãs aliqua ꝓparans ⁊ aliq̃ cõsiliãs. Dõm q̃ illa quatuor nõ diuersificãt genus cãe efficientis. qz in eis est vna rõ causandi specifica. scz movere materiã ad formã. q̃ tñ aliter regitur in ꝑficiente q̃ in ꝓparante. qz ꝑficiens mouet materiã inducẽdo vltimã formã. ꝓparans mouet materiã vt a ꝑficiente forma introducat. coadiuuãs mouet materiã. qz operatur ad finem ꝑficientis. cõsilians mouet materiã. qz dat formã q̃ efficiens principale operatur.

Querit Vtrq̃ diffinitões cãr̃ sint bñ date. Dõm q̃ sic. sed arguit q̃ nõ. q̃a diffinitio materie ꝓuenit forme cuz forma sit ex qua cũ alio scz materia aliquid fit. Dõm q̃ illa ꝓpõ ex ꝑt capi duplr. vno mõ in ꝓpria ꝑcatione. ⁊ sic importat circũstantiã cãe materialr. ⁊ sic accipit in diffinitione materie. Alio mõ accipit ex ꝑm q̃ hz ordinem ad aliam cãm. ⁊ sic etiã ꝑt dicere circũstantiã alterius causẽ sic ꝑt dici q̃ ex forma fit aliq̃d formalr. sed nõ ꝑt dici absolute q̃ ex forma fiat aliq̃d. sz necẽ est adiungere formalr. Ista g̃ est ꝓpria locutio ex materia fit aliq̃d cũ alio et ꝑ formã fit aliquid cum alio

Ar Ista diffinitio ꝓuenit soli materie ꝑmanẽti. qz illa solũ inest. g̃ nõ est sufficiẽs. qz nõ ꝓuenit cuilibet materie Dõm q̃ illa diffinitio ꝓuenit materie ꝑm q̃ hmõi. ⁊ sic ꝓuenit cuilibet. Et ad argumẽtũ dõm q̃ materia nõ dr trãsiens rõe materie. qz materia ꝓma de q̃ loq̃mur q̃ est vera materia manet eadem ⁊ vna etiã in materia trãseunte. exempli grã. qñ ex farina fit panis transitio fit respectu forme. ⁊ nõ respectu materie Dicitur ergo materia transire qz accipit nouã formam ⁊ non ex ꝑte sui

Ar Primo phicor dr q̃ ex ĩmusico fit musicus. et tñ unmusicũ nõ est materia musici. g̃ non est verũ q̃ ex materia fiat aliq̃d Dõm q̃ illa ꝓpõ ex ꝑt capi duplr. vno mõ ꝓut dr circũstantiã cãe materialis. ⁊ sic ista ꝓpõ est admitrenda ex homine fit musicus. Alio mõ ꝑt ex dicere circũstantiã originis. ⁊ sic ista est ꝓprie vera ex immusico fit musicus.

Ar Ista diffinitio nõ conuenit materie celi. q̃ tamen est materia ex qua Dõm q̃ fieri accipit dupliciter. Vno mõ ꝓut ꝑcat actum. et sic ex materia celi nihil fit ꝑm actum. qz in illa materia non est trãsmutatio actualis ad aliquã formã. Alio modo accipit fieri ꝓut dr apptitudinẽ. ⁊ sic ex materia celi aliq̃d fit. qz si celũ fieret ꝑ naturalẽ trãsmutationẽ. tunc fierz aliquid ex sua materia eo mõ q̃ alie res naturales. Aliqui tñ dicũt q̃ ista diffinitio materie nõ cõuenit materie celi. sed materie inferior que ꝑt esse actuale subiectũ transmutatio nis. ⁊ sic est ꝓprie materia rei naturalis

In plus autem semp est intelligere. Infinite autē sunt decisiones magnitudinis. Quare potentia quidez est. actu vero non. sed semper excellit acceptum omnē multitudinem determinataz. Sed non separabilis est hic numerus decisione neqz manet infinitas. sed fit semp sicut ⁊ tempus ⁊ numerus temporis. In magnitudinibus autem cōtrariuz est. Diuidit aūt in infinita ꝓtinuū. In maius autem non est infinitū. Quantū em̄ contingit potentia esse ⁊ actu cōtingit tantū esse. Quare qm̄ infinita ē nulla magnitudo sensibilis. non contingit omnis excellentiam esse magnitudinis determinate. Esset em̄ vtiqz aliquid in celo maius

Nic Arestotiles ponit causam alterius partis proprietatis. scz quare additio in numeris excedit omnem determinatam multitudinem. Et dicit ꝙ hoc ideo est. quia magnitudo diuidit̄r in infinitū. sed numerus materialis. qui crescit in infinitū causatur ex diuisione magnitudinis. g̃ etiam talis numerus crescit in infinituz. et dicebatur notanter de numero materiali. qz numerus q̃ sequitur formalem diuisionem rez non crescit in infinitum. sed talis numerus accipitur fm spēs vniuersi que sunt finite quo ad naturaz cuius non quo ad nos. Est tamen hic considerandū. ꝙ cuius numerus p appōnem crescit in infinitū. non tamen magnitudo crescit in infinitum p appōnem sicut dcm̄ est. quia effectus diuisiōis alicuius magnitudinis non est appō magnitudinū. sed numerus qui immediate ꝓsurgit ex diuisione. ⁊ iō bene dicitur in textu. ꝙ numerus crescit in infinitū ex diuisione continui. sed non bū diceretur. ꝙ appositio magnitudinū crescere in infinitū. ⁊ ideo addit Arestotiles in textu aliam ꝓprietatez. s. ꝙ in magnitudinibus in maius non pceditur in infinitum. qz tunc esset aliquod infinitū in actu quod est impossibile. ⁊ esset aliquod maius celo que omnia sunt inconuenientia.

Ar Numerus non causat̄ ex diuisione cōtinui. pbatur. qz prius non causat̄ ex posteriori. sed vnitas est prior continuo. ergo non causat̄ vnitas ex cōtinuo. nec eriam numerus Dicendū ꝙ omnis numerus materialis causat̄ ex diuisione cōtinui. cuius sit aliquis numerus formalis extra res materiales qui est por cuius sunt continua. ⁊ ideo vnitas materialis que est de pdicamento quantitatis reductiue non est prior continuo cuius vnitas transcēdens sit prior continuo

Infinitū aūt non idem est in motu ⁊ magnitudine ⁊ tpe tanqz vna quadā natura. sed fm posterius dicit̄ differētia ⁊ fm prius. Ut motus q̃dem. qz prior est magnitudo in qua mouetur aut alterat̄ aut augmentat̄. Tempus āt propter motum. Nunc quidē em̄ vtimur his posterius autē tēptabimus dicere et quid est vnūquodqz. ⁊ qz omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis Infinitū dpsit̄ in ꝛibꝰ Analoꝛ

Consequenter ostendit quomodo differenter infinitum reperitur in diuersis. ⁊ vult ꝙ reperitur in diuersis non vniuoce sz fm prius ⁊ posterius. qz reperit̄ in magnitudine prius. deinde in motu ⁊ postea in tempore. qd̄ sic patet. quia infinitū repitur in eis rōne cōtinuitatis. sed continuitas prius repitur in magnitudie. deinde in motu. deinde in tempore sicut dr in quarto huius

Non remouet aūt rō hec neqz mathematicos a ꝓsideratōe auferens sic esse aliqd infinitū. vt actu sit in augmentū intrāsibile. Neqz ei sic indigent infinito: neqz em̄ vtunt̄ sic. sed solū esse quantūcunqz velint finitā. Maxime āt magnitudini fm eandē inest secari rōem. quātūcūqz magnitudo sit altera. Quare ad demōstrandū quidē illo mō nihil differret. Esse autē

inexistentibꝰ erit magnitudinibꝰ. Qm̃ aũt eqꝰ se diuise sunt q̃drifariã. manifestũ q̃ sicut materia infiniti cã est. ⁊ qd̃ esse q̃dẽ ipsi ꝓuatio est. Per se subiectũ continuũ ⁊ sensibile est. Uidẽtur aũt ⁊ oẽs alij sicut ⁊ materia vtẽtes infinito. Unde incõueniens est continens ipsuꝫ facere. sed non contentum

Hic ponit cãs illaꝫ ꝓprietatũ. q̃s alij diceb ãt de infinito. Et ꝓmo ꝺt quõ mathematici vtunt infinito. secũdo quõ infinitũ hꝫ rõem cãe. q̃ ad ꝓmuꝫ vult q̃ mathematici non vtunt infinito cathegreumatice accepto. sed incathegreumatice. qꝫ dicũt hoc eẽ infinitũ vñ abstrahi ꝑt q̃dam indeterminata q̃titas. Quo ad scdm̃ intẽdit Arꝫ. q̃ infinitũ ꝑm veritatẽ nõ hꝫ rõem cãe efficientis. sicut poneb ãt antiq̃. sed hꝫ rõem cãe material. Qd̃ sic ꝓbat. qꝫ de rõe materie est esse in poña ⁊ stare sub ꝑuatione. sed sic est de infinito de q̃ Arꝫ. loqtur. Fit enꝫ tale infinitũ ꝑm potentialẽ diuisionẽ in ꝓtinuis. ⁊ ꝑm potentialẽ apõnem in discretis. ⁊ itẽꝫ infinitũ ex noie importat aliq̃d subiectũ ꝑuatiõis. qꝫ infinitũ ꝑm q̃ hmõi fcat carens fine siue termino. sed res terminat ꝑ formã ideo ꝺt infinitũ qñ nõ hꝫ formã vel terminũ.

infinitũ hꝫ rõem cãe mãlis

Eliquũ ãt est aggredi. ꝑm q̃s rões infinitũ eẽ videt. nõ solũ poña. sꝫ sicut determinatũ est. alia q̃dẽ ipoꝫ nõ neccãria stꝫ. alia ꝓ hũt q̃sdã veras ꝓtractatas. Neqꝫ eẽ vt generatio nõ deficiat neccãriũ est infinitũ eẽ actu sensibile corpꝰ. Cõtingit eẽ alterꝰ corruptõnem alterius generatõem eẽ. cũ omne finitum sit

Hic ꝓbs soluit q̃nq̃ rões ꝓus positas ad ꝓbandu q̃ sit aliq̃d infinitũ ⁊ aliq̃ rões ex eis videbant ꝓbare q̃ infinitũ sit in actu. ⁊ iõ tales oẽs falsum ꝓcludũt. Sũt tũ alie rões ꝓbantes infinitũ esse in poña. ⁊ tales rõnes stꝫ admittẽde tanq̃ vere. Soluit q̃ ꝓmo illã rõnem. q̃ dicebat q̃ neccẽ esset esse actu infinitũ si generatões durarẽt in infinitũ. qꝫ oꝫ in q̃libet gñatiõe accipe nouã materiã. nisi q̃ esset materia infinita nõ posset ꝑ esse generatio ex materia. Rũdet Arꝫ. q̃ hoc nõ est necessariuꝫ. qꝫ nõ opꝫ in generatõe accipe nouã materiã q̃ nũq̃ fuit sub aliq̃ forma. sed generatio vnꝰ est corruptio alterꝰ et sic ex eadẽ materia aliq̃d corrumpit. ⁊ itẽꝫ generat. ⁊ sic ꝺt ꝓbs sedo de generatõe. q̃ gñatões q̃ntũ ad subiectũ siue materiã fiũt ꝑm circulũ ⁊ nõ ꝑm rectum.

Solũit rões ꝓbantes infinitũ eẽ actu

Amplius tangi ⁊ finiri alterũ est. Hoc q̃dẽ eẽ ad aliq̃d ⁊ cuiusdaꝫ. Tangit enim aliquid omne. ⁊ finitoꝫ alicui accidit. finitũ ãt nõ aliquid est. neqꝫ tãgere ꝓtingenti ꝓtingens est

Hic ꝓbs soluit altã rõem. q̃ fuit q̃ oẽ corpꝰ finit aliq̃ alio. Oẽ q̃ aliq̃d corpꝰ. vel q̃ illud itẽꝫ finit aliq̃ alio. ⁊ sic in infinitũ. ⁊ sic erit infinitũ in multitudie corpoꝫ. vl̃ ꝓceditur ad aliq̃d corpus qd̃ ꝓtinet et nõ continetur. ⁊ tũc hoc corpꝰ erit infinitũ. qꝫ nõ finit aliq̃ alio. Rũdet Aresto. ad ꝓmã ꝓtẽ assumptiõ ꝑ interemptionẽ ⁊ vult q̃ nõ oẽ illud qd̃ finit. finit aliq̃ alio. Ꝺrña eẽ est inter finiri ⁊ tangi. qꝫ finiri ꝺt absolute. ⁊ tangi respectiue. Finit eẽ aliq̃d ꝑ ꝓprias dimẽsiones. ⁊ nõ ab alio sicut ꝓmum celũ qd̃ nihil extra se hꝫ vñ cõtineat. ⁊ iõ illa ꝓs assumpti est falsa. q̃ omne qd̃ finitur. finitur ab alio

Intelligentie ãt credere incõueniens. Non enim in re abũdantia ⁊ defectus est. si intelligẽtia vnũquod enim nostruꝫ vtiq̃ intelliget aliq̃s multiplicẽ seipo augmẽtãs infinitũ Sed non ꝓpter hoc extra aliq̃d est. aut extra tantã magnitudinẽ quã habemus. q̃uis intelligit aliq̃s sed quoniã aliquid est hoc accidit

Hic Arꝫ. soluit rõem. que fuit quita in ordine et fuit sumpta ꝑm antiq̃s ex ꝓte intelligẽtie siue ymaginatõis Ex quo eẽ ymaginatio ꝓt apprehẽdere aliq̃d infinituꝫ extra celũ. ⁊ quicq̃d apparet est verꝫ ꝑm antiq̃s. q̃ est vnũ spaciũ infinitũ extra celũ. Rũdet Arꝫ. q̃ intelligẽtie siue ymaginatõi credere est incõueniens. qꝫ intellectus noster põt ymaginari ⁊ intelligere aliq̃ falsa. ⁊ hoc iõ est. qꝫ intellectus noster nõ est cã rẽꝫ. sicut intellectus diuinus. ⁊ iõ veritas in intellectu nostro cãtur ex rebꝰ. qꝫ q̃ q̃nq̃ intelligimus rẽ aliter q̃ est in scda oratione intellectus. sic ꝓnunciat fallitatẽ esse in intellectu. ⁊ sic est in ꝓposito. qꝫ qui intelligit spaciũ infinitũ esse extra celũ ille intelligit aliquid in scda oratione intellectus. sicut nõ est. q̃a tale spaciuꝫ nõ est extra celũ. sicut ꝓbatur ꝓmo celi

Tẽpus ãt ⁊ motus infinita stꝫ ⁊ intelligentia nõ ꝑmanẽte accepto. Magnitudo aũt neqꝫ in diuisione neqꝫ intelligibili augmẽtatiõe infinitũ. Sed de infinito q̃dem quõ est ⁊ quõ nõ est. ⁊ quid est dictum est

Hic soluit rõnem sumptã ex ꝓte ⁊ motu. et vult ꝑ solutione q̃ tempus ⁊ motus non sunt infinita in actu. qꝫ de tempore actu nihil habemus nisi nunc. similꝫ de motu in actu solum habemus momẽtum. sed ista sunt infinita in potentia. quod infinitum admittit eti ã ab Arestotele. Similꝫ dicendum est ad ratõem sumptã ex parte magnitudinis. quia magnitudo nõ est actu diuisa in infinitum. sed est diuisibilis in infinitum ꝑm potentiaꝫ. et ideo ille rationes de motu tẽpore ⁊ magnitudine q̃dammodo verum concludunt. quia concludunt infinitum esse in potentia. quod est verum

Queritur Utꝫ diffinitio ifiniti ab Arestotele sit bene assignata. Ꝺõm q̃ sic. ⁊ rõ est. qꝫ infinitum vt hic sumit est infinitũ sumptuꝫ ex ꝓte materie. et q̃titas est ꝓprietas que oritur ex ꝓte materie. sic infinitum est passio quãtitatis. cũ q̃ passio diffinit ꝑ suũ subiectũ ꝓuenienter diffinit infinitũ ꝑ quãtitatẽ positã loco generis. vt sit sensus infinitũ est quãtitas cuꝰ nihil est extra accipe. Et qꝫ Aresto. loq̃tur de infinito in po

rentia qd cōsistit in q̄dā successione diuisionis vel appō nis sic ꝓueniēter ad dik̄ sp est aliq̄d extra accipe. ḋa in illo qd dr infinitū sp restat aliqd accipe p diuisionē vel ad ditōem. Ost etiā ꝓsiderandū q ista diffinitio cōueniret infinito materiali in actu si essz. et hoc in ordine ad nr̄m intellcm. qz em̄ intellectus noster nō p̄t sil'cape totū infinitū. ideo necārio haberet cape ptem post ptem. z ido in intellectu illi⁹ ifiniti eēt sp aliq̄d extra accipe. Sec⁹ ē de intellectu diuino. qz ille est etiā infinitus. sed ista diffinitio nullo mō p̄t ꝓuenire infinito formali qd est deus. qz nō habet q̄titatem. nec est in eo accipe ptem post ptem. qz est total'r indiuisibilis. z iō vel totū artingit vel totū ignorat. sicut pz de indiuisibili nono metaphisice

Ar Infinitū nō est. ḡ non p̄t diffiniri Dicendu z q est duplex infinitū. scz infinitū in potentia. z h̄ est qd ꝓpie hic diffinit̄. Aliud est infinitū in actu. z hoc nō est. sed de eo quod non est p̄t dari diffinitio ḋd nois. sicut pz infra de vacuo. posset tamē diffinitio p̄dicta etiam conuenire infinito materiali in actu. in ordine ad nostrum intellectum

Ar Uidet q diffinitio antiquoꝝ cōueniat infinito formali. qz hoc infinitū est extra quod nihilē. naz deus hz oēm pfectōem ex se. z ḡ extra ipm nulla pfectio est. Ost si essz aliqd infinitū in actu extra ipm nihil esset. z ḡ vt videt ipsi optime dixerūt. Dōm q si infinitū capiat̄ pro infinito formali. z quātitas ꝓ quātitate virtutis. tūc diffinitio antiquoꝝ p̄t ꝓuenire infinito formali. qz accipiendo quantitatē illius virtutis infiniti formalis. s. dei nihil vere pfectionis est extra ipm. qz continet in se oēm plenitudinem essendi. si aūt intelligatur de infinito materiali in actu. tūc est distinguendū de ista ꝑticula (cuius q̄titatem accipientibus) qz dupliciter p̄t accipi q̄titas infiniti materialis. Uno modo fm rem. z sic nihil est extra accipe. qz infinitū oia includit. Alio mō accipientib⁹ refertur ad nostr̄ intellectū. z sic diffi⁰ Ar. ꝓueit infinito materiali in actu. qz intellectus noster accipit in illo infinito ptem post ptem. et sic est sp aliquid extra accipe. licet intellectus diuin⁹ posset tale infinitū simul accipe

Ar Si accipit̄ quātitas alicuius cōtinui. s. ligni. tūc nihil est extra illā accipe. ḡ male dr Aresto. q q̄titatem alicui⁹ accipientib⁹ sp est aliq̄d extra accipere Dōm q ꝑtes in aliquo cōtinuo in quo infinitū reperitur p̄t capi dupl'r. Uno mō p ꝓportionē ad totuz absolute. z sic accipientib⁹ q̄titatem ptium nihil est extra accipe. sicut dr argumentū. Alio mō accipiunt̄ ꝑtes in cōtinuo fm q habent ordinē ad potentiā diuisionis fm ꝑtes eiusdē ꝓportionis. et sic accipientib⁹ q̄ntitates ptū in aliquo cōtinuo sp est aliq̄d extra accipe. z ille ē intellectus diffinitōis. qz ꝓtinuū habens ꝑtes nō habet finē diuisionis fm ꝑtes eiusdē ꝓportionis. z iō sp est noua ꝑtes accipere fm illā diuisionem.

Explicit tercius phisicoꝝ

Jmiliter aūt

necesse est phisicum z de loco sicut z de infinito cōsiderare si est aut non. z quomodo est. z quid est

Queritur Que sit ratio ordinis huius quarti libri ad tercium Dōm q ista. qz in tercio determinatū est de passionib⁹ intrinsecis entis mobilis. z dicuntur intrinsece qz ꝓsequūtur ens mobile fm q hmōi. z sic ꝓueniūt omni enti mobili. Ost em̄ omne ens mobile ꝓpabile ad motum sic q q̄ncq mot⁹ ꝓuenit sibi. Item omne ens mobile est infinitum in potentia. qz est ꝓtinuū de quo in tercio libro determinatū est. In hoc aūt quarto determinat̄ de passionibus extrinsecis entis mobilis. scz de loco vacuo z ꝑte. que dicunt̄ extrinsece. qz nō ꝓueniūt subiecto hui⁹ scie fm q hmōi sicut circa p̄ncipiū tercij dictū est Dicit quo ad rextuz q sicut determinatum est de infinito an est vel non est. ita sil'r necē est. s. ph̄m naturalē determinare de loco an est. sicut de infinito De loco em̄ determinatur q est. z de infinito q non est Ost ideo sil'r dicit silitudinem quo ad modum determinandi. qz sicut Aresto. posuit rōes ad ꝑbandum infinitum esse z nō esse. ita sil'r facit de loco. sed non est similitudo quo ad existentiam. cū locus sit simpliciter z infinitum fm quid

Et ea namqz que sunt. omnes opinantur alicubi esse. Quod enim non est. nusq̄ est Ubi enim est tragelaphus aut philagar.

Hic ꝓsiter Aresto. ꝑbat q phisicus habet determinare de loco Ost cira hoc ꝓsiderandum est q trib⁹ modis excluditur aliquid a scia Primo qz est singulare z ꝑticulare. qz de singularibus fm q hmōi non est scia. cū singularia non habeant p̄ncipia necāria z passiones demonstrabiles de ipsis Secdo⁰ de aliquo non est scia qz hz se p accidens ad talem sciam. z sic geometer ꝓsiderans quātitatem non ꝓsiderat qualitatem. vt vtruz linea sit alba vel nigra. Tercio aliquid excluditur a sciētia. qz circa ipm non est difficultas Ars em̄ z ꝑtus st̄z circa difficilia. extendendo etiam artem ad sciam. z ido Aresto. ponit tres rationes per quas excludit ista tria impedimenta. Prima ergo ratio stat in hoc de illo hz determinare phisicus quod est cōe omnibus rebus naturalibus. qz iste liber tractat de cōibus z posteriorib⁹ libris phisicalibus descenditur ad entia phisicalia specialia sed locus est cōis oībus rebus naturalibus. qz omnia entia naturalia sunt in loco. z hoc ꝑbat Aresto. autoritate antiquoꝝ. qui non ponebant alia entia q̄ entia naturalia. z dicebant omne ens esse in loco. sic arguentes. quod non est nullibi est. ḡ quod aliquid est in loco est. z ex ista opinīōe sequebatur fm antiquos q ista scia phisica esset prima philosophia. qz non sunt aliqua entia pfectioza fm ipsos q̄ phisicalia.

Queritur Quomodo peccat argumētum antiquorum ꝑbans. s. q omne qd est in loco est Dōm q argumentū

Nō ordiē hq ad zm q [illegible]

Tria excludūtur a sciā [illegible]

De loco de tiae spectat ad phisicum q ꝑbat z [illegible] Prima ratio

rorum peccat penes fallaciam cõsequentis. quia argue/bant a tota conditionali vera a destructione antecedentis ad destructionẽ consequẽtis. ⁊ hoc ideo. quia affirmatiue destruunt negatiuas. ⁊ ideo aliquid esse destruit nihil esse. ⁊ in loco esse destruit nullibi esse. Valeret ergo argumentum a destructione cõsequentis ad destructionẽ antecedentis. sic scz quod non est nullibi est. ergo quod in loco est aliquid est.

Queritur Vtrum omne quod est sit in loco. Dicendũ q̃ esse in loco accipitur dupliciter. Vno modo cõmuniter, put se extendit ad oẽm modum essendi in loco. siue repletiue siue diffinitiue siue circũscriptiue et sic omne quod est in loco est. quia deus est in loco repletiue. quia replet omnẽ locum essentia potentia ⁊ operatione. ⁊ substantie separate sunt in loco diffinitiue. quia diffiniuntur ad illum locum in quo operant. Alio modo accipitur esse in loco proprie, put aliquid est in loco circumscriptiue. ⁊ sic nõ omnia sunt in loco. sed solum corpora q̃ circũscribuntur aliquo loco. Ille eẽ res que non habent quantitatẽ non possunt loco circumscribi. cum non habeant terminos quãtitatis. Circa quod sciendũ q̃ esse vbiq̃ conuenit soli deo. quia si dicatur q̃ deus sit in celo non excluditur quin etiã sit in omnib̃ rebus. sed significatur q̃ in celo est ꝓ̃ dignioꝛem effectum. qui est gozificatio sanctoꝝ. Vel si intelligitur de deo ꝓ̃ humanitatẽ assumptam. tunc est in celo circũscriptiue. ⁊ in sacramento altaris est substãtialiter sacramẽtaliter. ⁊ nõ circũscriptiue. Nec conuenit esse vbiq̃ mundo vel vniuerso. q̃ vniuersum est vbiq̃ per accidens. scz gratia suarum partiũ gratia eẽ suarum ꝓtium replet omnẽ locum. et non gratia totius sicut deus Nec etiã conuenit vniuersali nisi negatiue. quia vniuersale est sic vbiq̃ q̃ non diffiniat ad locum siue tempus sicut singularia

Soli deo conuenit esse vbiq̃

Ar Locus est mathematice cõsiderationis. ergo nõ phisice. Antecedẽs ꝓbatur. quia locus est superficies. ⁊ superficies est quantitas. ⁊ quantitas est mathematice cõsiderationis. ergo etiã locus Dõm q̃ superficies accipitur dupliciter. vno mõ absolute ⁊ ꝓ̃ se et sic supficies non est locus. quia sic etiã superficies corporis locari esset locus. quod est simpliciter falsum. Alio modo accipitur superficies ꝓ̃ q̃ est cõseruans siue continens. id est ꝓ̃ q̃ habet in se virtutẽ conseruatiuã locati influxam a primo locante. ⁊ sic supficies est locus. Per hoc ergo dicendũ est. q̃ q̃uis superficies absolute accepta spectet ad considerationẽ mathematici. tamẽ superficies cõseruatiua ꝓ̃ q̃ huiusmodi spectat ad considerationem phisice scientie. quia virtus cõseruatiua est qualitas ⁊ non quantitas

Et de motu qui communis est maxime et magis proprius ꝓ̃ locum est. quẽ vocamus loci mutationem.

Hic ponit secundã rationẽ ad probandũ q̃ phisicus habet determinare de loco. sic q̃ nõ habeat se per accidẽs ad istam scientiã. et stat in hoc. phisicus habet determinare de motu. ergo habet determinare de loco. Tenet consequẽtia. quia ꝓncipalissima species motus est motus localis Quod patet ex duob̃. primo q̃ ille motus est cõis omnibus corporib̃ mobilibus. et non alij motus Secundo. quia ille motus est regularis vniformis ⁊ perpetuus. sicut probatur octauo huius. Et quia non potest motus localis cognosci absq̃ loco. sic necesse est phisicum determinare de loco.

Habet autem multas dubitationes. quid forte sit locus. non eẽ eadem videntur considerantib̃ ex omnib̃ que insunt. Amplius autem neq̃ habemus nihil ab alijs. neq̃ predubitatum. neq̃ bene exquisitũ de hoc.

Hic ponitur tercia ratio ad idem. ⁊ stat in hoc. de illo est determinandũ in aliqua sciẽtia. de quo sunt multe dubitationes. sed de loco sunt multẽ dubitatões tam quo ad questionem an est. q̃ qno ad questionẽ quid est. Quo ad questionẽ an est. quia aliqui dicunt locum esse. aliqui vero dicunt locum non esse. Item quo ad quid est. q̃ aliqui dicebant locum esse materiã. aliqui formã. aliqui vero spacium dimensionatũ. que omnia falsa sunt. sicut inferius clare patebit.

Q̃ quidẽ igitur locus sit. videtur ex trãsmutatione manifestum esse. Vbi namq̃ nunc est aqua. hinc exeunte sicut ex vase iterũ aer inest. Quandoq̃ autẽ eundem locum habent aliquid aliud corporũ detinetur. hoc ab his que insunt ⁊ ꝛmutantur alterum omnib̃ esse videtur. In quo eẽ aer est nunc. aqua in hoc prius erat. Quare manifestũ est q̃ erat locus aliquid ⁊ receptaculũ alterum ab vtrisq̃ in quod ⁊ ex quo mutatum est

Hic arestoteles determinat de loco quantum ad questionem an est. ⁊ primo ponit rõnes ꝓbantes locum esse. secundo ponit rõnes ꝓbantes locum non esse De ꝓmo ponit tres rõnes. quarum prima est ista. si transmutatio ꝓ̃ locum est. locus est. sed trãsmutatio ꝓ̃ locum est. ergo locus est. minoꝛ est manifesta. Maioꝛ ꝓbatur. quia ficut trãsmutatio ad formam ostendit materiam esse aliquid distinctum a formis. quia materia nũc est sub vna forma ⁊ postea est sub alia forma. ita transmutatio ꝓ̃ locum probat locum esse aliquid distinctum a locato. ex quo locus quandoq̃ habet vnum locatum. et quãdoq̃ aliud locatum

Amplius autem loci mutationes phisicorum corporum ⁊ simpliciũ. vt ignis ⁊ terre et talium nõ solum ostendũt q̃ aliquid est locus Sed quia ⁊ habeat quandã potentiã locus Fertur eẽ vnũquodq̃ in suũ locũ non phibitum: Hoc quidem surſum. illud aũt deorſum

Hec autem sunt loci partes. et species sursum et deorsum: et relique sex distantiarum. Sũt autez hmõi nõ solum ad nos dextrorsum sinistrorsuz sursum et deorsum Nobis q̃dem em̃ non semper idem. sed fm positionem quocunq̃z vertamur fit propter quod idem multotiẽs dextrum et sinistrum est. et sursum et deorsum et ante et retro. In natura autem determinatum est seorsum vnũqq̃dq̃z. non em̃ qm̃ contingit sursum est. sed vbi fertur ignis et leue. Similiter autem et deorsum. non quia contingit sed vbi habentia grauitatem et terrena tanq̃z non potentie solum differentia. sed potentia. Ostendunt autem et mathematica. Cum em̃ non sint in loco. tamẽ fm positionem ad nos habent dextra et sinistra. Quare solum est intelligere ipsorum positionem non habentia natura horum et vnũquodq̃z

Hic ponitur secũda ratio z stat in hoc. hoc est qd hz passiones reales. sz locus est hmõi. ergo locus est. Maior prz. qz passiones nõ possunt esse digniores subiectoz. ergo vbi sunt passiones reales oportet subiectum esse reale. Minor probatur. qz locus habet attrahere locatum z habet conseruare locatum. Item in loco sunt diuerse differẽtie positionuz nõ solũ distincte q̃ ad nos. sz etiam ex natura rei. sicut est alia virtus realis conseruatiua leuiuz que est in loco sursuz. et alia virtus pseruatiua grauium que est in loco deorsuz. Et qz posset aliqs dicere q mathematicalibus attribuitur positio z locus et tamen in mathematicis non sunt iste virtutes. quia sunt phisicales. Respõdet phus q mathematicalib ꝯ attribuitur positio solum quo ad nos. z non quo ad naturam rei. z ideo in eis non sunt differentie positionũ. que sumũtur penes diuersas ꝓtutes phisicales.

Si locus habeat attrahere locatuz. ergo locatũ mouetur violente ad locum. quod est falsuz Antecedens probatur. qz tractio est motus violẽtus. sicut patet septimo huius. Dom q est duplex tractio quãtum pro nunc sufficit. quedam est tractio effectiua. et illo modo locus nõ attrahit locatum. et hoc potest probari duabz rationibus. quarũ prima est. quia si sic locatũ moueretur violente ad locũ. Secunda. quia tunc idem corpus graue difficilius posset leuari a terra q̃z in aliqua distantia a terra. qz terra que est locus grauis traheret ad se graue. et sic difficilius graue ab ea separatur Simile est de magnete et ferro. quia difficilius ferrum separatur a magnete si ꝓiungatur sibi q̃z in distãtia. et tamen ista nõ est violenta. vt dicitur septimo huius. Alia est tractio in genere cause finalis. q̃ mõ pfectio dicitur trahere suum pfectibile. z sic forma trahit materiam. et eo modo locus trahit locatuz. qz locatuz perficitur ex hoc q accipitur in suuz locũ. z talis tractio est maxima naturalis quia vnũquodq̃z naturaliter inclinatur ad suum finem et pfectionem

Quanto graue magis appropinquat suo loco. tanto velocius mouetur. ergo sequitur q trahatur effectiue a loco ad quẽ mouet Aõs pbatur qz dicit Aresto. q est aliqs motus q̃ est in principio tardior et in fine velocior. et est aliqs motus qui est in fine tardior et in principio velocior. Et est etiam aliqs motus qui est in principio tardus et etiaz in fine. sz in medio est velocior. sicut motus animalis. Sed in motu naturali quãto mobile magis appropinquat suo loco tanto velocius mouetur. ergo videt q trahat a suo loco effectiue Dom q illa pma nõ valet. quia ex hoc nõ mouetur velocius circa ppriuz locum quasi trahat a tali loco. sed in graui descendente confortatur grauitas. z sic motus fortificatur. hoc aũt non est sic intelligendum quasi aliquid addatur ad grauitatem corporis descendẽtis. sed quia p remotionem a contrario confortatur grauitas quo ad actum secundũ Et quo em̃ gue circa ppriuz locum existẽs ꝓiungitur sue pfectioni. sz loco deorsum. et elongatur a ꝓtrario. s. a loco sursum. sic perfecti habet suum actum grauitatis q̃z priuz.

Quoupliciter sumantur differẽtiep positionum in rebus. Dicẽdum q dupliciter quo ad nos. et quo ad naturam rei. quo ad nos assignantur differentie positionũ tripliciter. sz per iuxta positionẽ. sicut aliqua columpna dicitur dextra que ponitur ad dextrum animalis. et illa colũpna dicitur sinistra que ponitur ad sinistrum animalis. et q illo modo differentie positionuz non sumatur fm naturam rei. patet quia tales differentie possunt per simplicem motuz animalis variari quia illa colũpna que fuit dextra potest statim fieri sinistra ex hoc q homo mouetur ad aliud latus vel columpna. ergo non ex natura rei. Secundo modo contingit per oppositionẽ. sicut est de imagine in speculo. quia illa pars imaginis dicitur dextra que opponitur sinistro nostro. et hoc ideo. qz imagines recipiuntur opposito modo in speculis q̃z inueniuntur in his que repzesentantur in speculis. Tercio modo fit per similem positionem. sicut in statuis z imaginibus. qz in imagine illa manus dicitur dextra q̃ hz similitudinẽ ad dextrã nostrã. Vel drñe positionũ ex materia rei sumunt fm diuersas reales ꝓtutes existentes in diuersis rebz vel etiã in diuersis ptibz eiusdez rei. Ibi tñ pzideradũ q sumuntur differenter tres drñe positionũ in celo. in vniuerso et in aialibus. In celo sumunt fm tres dimensiones acceptas fm diuersas virtutes. et sic qz in polo arctico est alia virtus q̃z in polo antartico et in oriente q̃z in occidẽte et in aquilone q̃z in meridie. ideo fm illas virtutes sunt diuerse differentie que ponunt in natura rei In vniuerso sumuntur sursum et deorsum penes motũ elemẽtoz qz hoc est sursuz quo mouentur leuia et hoc deorsum q̃ mouentur grauia. z manifestũ est q alia est ꝓtus in loco leuiuz. et alia in loco grauiũ. In animalis autem sumuntur iste drñe. fm triplicẽ motũ. qz fm motũ alimenti sumunt sursuz z deorsuz. hoc em̃ est sursum in q̃libet aiato vbi sumit nutrimẽtuz. z hoc est deorsuz vbi emittunt superflua nutrimenti. ante aũt et retro fm motuz sensationis. quia hoc est ante vbi vigent sensus. z hoc retro vbi non vigent.

Drñe po: q̃ ad nos z p assignant
p° z
Drñe po: q̃ ad naz rei drnt Opiunt in celo Vniuso Aiat

sed dextrum et sinistrum sumuntur penes localem motum. qz hoc est dextrum vnde incipit naturaliter motus et hoc sinistrum vbi motus naturaliter terminat. Unde ptz q in plātis sunt tm̄ due dnē positionū. in aialib̄ impfectis quatuor. in pfectis omnes.

Amplius vacuū affirmātes locū dicūt eē Vacuū em̄ erit vtiqz locus priuatus corpore Quidem igitur si aliquid locus preter corpa et omne corpus sensibile in loco esse p hoc aliquis concipiet.

Hic ponitur tercia rō. et est ipōz antiq̄z. et stat in hoc Vacuū est locus nō repletus corpore. sed vacuū est. ergo locus est. Forma em̄ istius argumēti est bona q̄uis deficiat in materia. qz minor est falsa. fm veritatē q̄uis sit vera fm antiq̄s. valeret em̄ bū in simili sortes est homo mortuus. et homo mortuus est. ergo sortes est.

Videt aūt et hesiodus recte dicere faciens pmū chaos. Dicit quidem igitur oīm primuz chaos factū. postea vero terrā latam tanq̄ indigeret pmū eē receptaculū his q̄ sunt. ppter qd opinati sunt quēadmodū multi. oīa alicubi et in loco esse. Si aūt hmōi est. mirabilis q̄dam vtiqz erit potentia loci et prima omnium Sine qua aūt nāqz aliorum nullū est illud aūt sine alīs necesse est primū esse. Non em̄ pdit locus his q̄ sunt in eo corruptis

Hic confirmat dictum suum p autoritatem hesiodi phi qui dicit. q non solū locus est. sed est primum inter omnia corpora. Probat qz res constituentes mūdum non possunt reseruari nisi in loco siue in aliquo receptaculo et ergo oportet ponere locuz ante alias res sicut receptaculum rerum vniuersi.

Atuero habet defectū si est q̄d est. Utrū est moles q̄dam corpis. aut q̄dam altera natura Querēdum est ei genus pmū. distātias q̄dē igitur habet tres. longitudinis latitudinis et profunditatis: quib̄ determinat corpus omne. Impossibile est aūt corpus esse locum. In eodem nāqz essent duo corpora

Hic Aresto. ponit sex rōnes in oppositū. phantes q locus nō est. q̄z prima stat in hoc. qz si locus esset vt eēt aliqd corporale vel incorporale. Nō pt dici q sit aliqd incorporale. qz hz tres dimēsiones. qd est proprium corporis. Nec etiam potest dici q sit aliqd corporale. qz locus et locatū sunt simul fm omes phos. sed manifestū est q locatum est corpus. si ergo locus est corpus sequitur q duo corpora sunt simul qd est impossibile

Amplius si vere corpis locus est receptaculū manifestū q z supficiei erit z reliquorum terminorum Eadē em̄ pnonat rō. vbi nāqz prius erat aq̄ planicies. erūt iteruz q̄ st aeris. Atuero dām neqz vnā habem pūcti z loci puncti. quaresi neqz ab h̄ est locus alterum: neqz ab aliorum nullo neqz est aliqd pter vnūqdqz istorum locus:

Hic ponit secda rō. z stat in hoc. sicut se hz locus pūcti ad pūctū. ita locus linee ad lineā. z supficiei ad supficiem et corpis ad corpus. sed locus pūcti nō est aliud a pūcto q̄ locus supficiei nō est aliud a supficie. nec locus corpis aliud a corpe. z sic locus nō erit aliud a corpe locato. q̄ locus nō est. Maior est manifesta. Minor pbat. qz pūctū est qd indiuisibile. et si vnū addat alteri. non pt excedere alterū nec pinet alterū. qz pinēs est maius pēto. hz vnuz indiuisibile nō est maius alio. Itē si distinguerent due supficies in diuersis corpib̄. tūc distinguerent ex pte situs sed supficies locās z locata sunt vnū. et supficies locans est locus. ergo nō distinguit a locato

Qr Utrū locus corpis sit aliud a corpe. z vtrū locus pūcti sit aliud a pūcto Dām q supficies corporis locātis z locati pnt dupl'r psiderari. vno mō ex pte finis. penes quez mathematicus distinguit res ab inuicē. et sic supficies corpis locātis z locati sunt vna supficies. qz mathematicus abstrahit a materia. z ideo nō distinguit tales q̄titates nisi ex pte situs. sed supficies corpis locātis z locati hnt vnū situ. Si em̄ pparetur ille supficies ad vnū punctū in corpore locato. tūc erit eadem distantia illarū supficierū ab illo pūcto. et hoc est qd dicūt mathematici. q impossibile est duos circulos eq̄les describi circa idē punctū. cum ergo supficies loci z locati sunt equales supficies nō possunt esse due supficies mathematice. Alio mō pnt distingui supficies phisice z ex pte subiectorū. et tūc sunt due supficies corporis locātis et locati. qz superficies locantis est in corpore locante. et superficies locati est in corpore locato. Et similiter pt dici de pūcto z loco puncti. Est tū psiderandum q non est per omnia simile de puncto z loco. de superficiez de loco supficiei. quia supficiei et copori deberet per se locus. sed pūcto non deberet p se locus

Quid em̄ forte et ponem esse locū. Neqz elemētū em̄. neqz ex elemētis pnt eē hmōi habentia naturā neqz corporeorum neqz incorporeorū. Magnitudinē q̄dē em̄ hz locus. corpus aūt nullū: Adhuc aūt sensibiliuz q̄dē corporum elementa corporea. Ex intelligibilib̄ aūt elementis nulla magnitudo fit

Tercia ratio stat in hoc. si locus est vel est elementum vel est ex elementis. sed nullum istorum potest dici. ergo locus non est. Maior manifesta est fm opinionem antiquorū dicentiū omnia esse principia vel pncipiata. q̄ vel elementa vel elementata. Minor probat. qz tam ele-

mentuz q̃ hoc quod est ex elemẽtis est corpus. quia etiam mixtum est corpus. sed locus nõ potest esse corpus q: tũc duo corpora essent simul. Etiaz nõ est elemẽtuz quia elementuz est ꝓncipium corporis. si ergo locus est elementum sequitur q̃ est corpus. quia corpus nõ constituitur ex non corporibus.

Amplius et cuius vtiqz q̃s ponet his q̃ stãt esse locum. Neqz em̃ vna causa inest ipsi de quatuor. Neqz em̃ sicut materia eorũ q̃ sũt Neqz ex ipso ꝓstituta sunt Neqz sicut species et ratio eorũ que sunt. Neqz sicut finis. neqz sicut mouens ea que sunt.

Hic ponit quarta ratio et stat in hoc omne qd̃ est. est aliquo modo cã alterius. sz locus nõ est aliquo mõ causa alterius. ergo locus nõ est. Minor ptz inductiue. q̃a locus non potest esse causa sicut materia. q: si locus essz materia rep̃ res ꝓstituerent ex loco. ꝓstituitur em̃ aliq̃d ex materia vt patuit primo huius. Nec potest dici causa sicut forma. q: forma dat spẽm et sic sequit q̃ illa que sunt in vno loco eẽnt vnius speciei. z q̃ res mutaret locum mutaret etiaz spẽm. nec ꝓt dici cã finalis. q: locus videtur magis esse ꝓpter locata q̃ econtra. et sic locata erũt finis locorũ. Nec est cã sicut efficiens. q: cã efficiẽs est ꝓncipiũ motꝰ. sz locꝰ est terminꝰ motꝰ. g̃ locꝰ nihil ẽ

Amplius z ipse si est aliqd̃ eorũ q̃ sunt alicubi erit. zenonis em̃ opinio q̃rit quãdã rõnem.

Si nãqz omne qd̃ est in loco. est manifestũ quoniam z loci locus erit. et hoc ĩ infinitũ ꝓcedet

Hic ponit q̃nta ratio z stat in hoc. q: ꝑm autoritatẽ ipsius zenonis. oẽ qd̃ est in loco est si g̃ locus est ergo locus essz in loco. sz hoc est impossibile. q: esset ꝓcessus in infinitũ. ois em̃ locus haberet locũ. ergo locus nõ est

Amplius sicut omne corpꝰ in loco est. sic et et in oi loco corpꝰ. Quõ igit̃ dicemꝰ de his q̃ augmẽtant̃. Necẽ est ex his simul augmẽtari locũ cũ ipsis. neqz em̃ minor neqz maior locꝰ est vnicuiqz. Per hoc q̃dem igit̃ nõ solũ quid est. sed etiam si est dubitare necesse est.

Hic ponitur sexta ratio et stat in hoc si locus est. tũc locus crescit et decrescit. z sic fit maior et minor. sed hoc est impossibile. ergo locus nõ est Maior ptz. q: locus ẽ sp̃ equalis locato. sz q̃ndoq̃ locatuz crescit. g̃ etiaz locꝰ crescit. Minor ꝓbat̃. q: locꝰ est aliquid immobile. ergo ipm crescere vel decrescere est impossibile.

Querit Vtr̃ locus crescat cũ locato. Doz q̃ dupl'r aliq̃d crescit. vnoꝰ p se. et sic solũ corpꝰ crescit qd̃ extenditur ad maiores dimẽsiones. et sic locus crescere si significaret tres dimensiones separatas sicut diceb̃ãt antiq̃ Alioꝰ crescit aliq̃d p accẽs. q: sez accipit p accẽs maiores dimẽsiones. Et sic locꝰ crescit crescẽte locato. q: oportet locũ extẽdi cũ suo locato. et hoc fit p cessionẽ. q: oportet q̃ corpꝰ locãs cedat corpi locato z sic p accẽs crescit locꝰ

Quatuor ꝓprietates de loco 3° ami quorũ ꝓbat

Uoniam autem aliud quidẽ ꝑm se aliud vero ꝑm aliud dicitur similiter z locus Alius quidẽ cõmunis. in quo omnia corpora sunt Alius vero ꝓprius in quo primo. Dico autẽ q̃m tũ nunc in celo es q̃a in aere: Hic aũt in celo et in aere q: in terra similiter aũt et in hac q: in hoc loco qui continet nihil plus q̃ te. Sic igitur est locus primum ꝓtinẽs vnũquodq̃ corporũ terminus quidez vtiqz erit. Quare videtur species et forma vniuscuiusq̃ locus esse quo determinat̃ magnitudo et materia magnitudinis Hec em̃ est vniuscuiusq̃ terminus Sic q̃dem igitur considerantibus locus vniuscuiusq̃ species est p̃ꝰ

Opinio Antiquorũ de loco

Post q̃ Aresto. disputauit an locus est. Nic iam intendit inquirere disputatiue quid sit locus et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones antiquorũ. Secũdo opinionem propriaz. Circa primũ ponit primo rationẽ probantiũ q̃ locus est forma z stat ratio in hoc. locus ꝓprius qui est locus p se ẽ terminus. sed forma est terminus. ergo locus est forma Pro declaratione maioris dicit q̃ sicut ens diuiditur in ens p se z in ens p accidens. ita etiã locus diuiditur in locũ per se et per accidẽs. per se dicitur qui adequate continet locatum. et ille est terminus sicut dictum est.

Queritur Quomodo valet hoc argumentuz antiquorũ probans q̃ locus est forma Dõm q̃ in isto argumento cõmittuntur tres fallacie. sez equiuocationis. accidentis et implicite consequentis. Equiuocationis quia ista dictio terminꝰ eq̃uocatur. Terminus em̃ dicitur dupliciter vno modo p termino cõmensurariuo. z sic capitur in ꝑma ꝓpositõne cũ dicitur locus est terminꝰ et eo modo vas dicit̃ terminus vini et modius terminꝰ tritici Alio modo accipit̃ terminus pro termino essentiali qui terminat materiaz ad aliquam speciem. et sic forma substantialis dicit̃ terminus quia ponit materiam in specie. Secundo est ibi fallacia accidentis. quia arguitur ibi ex puris affirmatiuis in secũda figura. Item est fallacia consequentis. q̃a arguitur virtualiter a positione consequentis ad positionem antecedentis. sic. sez si aliquid est locus ipsum est terminꝰ. g̃ si est terminꝰ ipm est locus. sz hoc nõ valet

Ar Locus est accidens. ergo locus est forma. Dicendũ q̃ isti antiqui volebant probare q̃ locus esset forma substantialis et contra hoc procedit̃ inferius in textu:.

Secũduz aũt q̃ videtur esse locus distãtia magnitudinis materia. Hec nãqz altera est a magnitudine. Hec aũt est ꝓtẽta sub spẽ z diffi

nita. sicut sub plano et termino. Est aũt hmõi materia et infinitũ. Cũ eĩ remoueãt termini et passiones et species relinquit nihil ꝑter materiã. Unũ et plato materiã ⁊ locũ dicit esse idẽ in thimeo. Receptũ eĩ et locũ vnũ et idẽ ꝛ̃ Alio vero mõ idẽ dicẽs receptiuũ. et in dictis nõ scriptis dogmatib⁹ tũ locũ et receptũ idẽ retulit Dicũt q̃dẽ eĩ oẽs esse aliq̃d locũ Quid aũt est hic solus conatus est dicere.

Consequẽter ponit opiniones platonis. q̃ dicebat q̃ locus esset materia ⁊ pomit rõnem platonis ad ꝗ q̃ fuit ista. locus est qꝛ̃dã receptaculũ interminatũ. materia ẽ qꝛ̃dã receptaculũ indeterminatũ. q̃ locus est materia. Maior ptz. q̃a si capiat locus. p distantia separa a magnitudine. i. p tribus dimẽsionib⁹ separis a corpe. tũc talis locus est indeterminat⁹ ad q̃libz corpa. qꝛ pñt multa corpa recipi successiue in illas dimẽsiones sicut distãtia q̃ est inter ꝓtes vni⁹ vasis. qñqꝫ ꝑt recipe vnũ liq̃rez et qñqꝫ aliũ. Addit tũ aristo. q̃ differẽter locutus ẽ plato in quodã libro q̃ vocabat thimeus ⁊ in doctrina sua quã ꝓbor⁹ dedit. qꝛ in thimeo dixit materiã esse locũ sz in dogmatib⁹ suis dixit magnũ ⁊ puũ esse locũ. Pot rñ dictoꝝ suoꝝ esse ꝓcordia. qꝛ magnũ ⁊ puũ etiã tenẽt se ex ꝓte materie. et ergo nõ refert qꝛ̃ illoꝝ ponat fm eũ

Qr̃ Utrũ valeat illa ratio platonis. Dõm q̃ nõ. sed in illo argumẽto etiã ꝓmittunt tres fallacie ꝓtualiter sicut in argumẽto de forma. Cõmittit eĩ fall'a equocatõis in ista dcõe receptaculuz. q̃a materia ẽ receptaculũ forme eẽntial'. qꝛ facit cũ forma vnã eẽntiã toti⁹. qꝛ corp⁹ recipit aliaz ⁊ faciũt vnũ ens. s. hoiem. sz locus fm veritatẽ recipit locatũ fm localez circũscriptõez q̃ est extrinseca recepto Scõa est fall'a accñtis qꝛ arguit ex puris affirmatiuis in scõa figura. Tercia ẽ fall'a ꝓñtis qꝛ arguit ꝓtualit a positiõe ꝓñtis ad põem añtis. sic arguẽdo si aliq̃d est loc⁹ ipm est receptaculũ. q̃ si ipm ẽ receptaculũ ipm est loc⁹. sz sic debuissz arguisse si ipm nõ est receptaculũ ipm nõ est locus

Merito aũt ex his intendẽtib⁹ videt vtiqꝫ difficile ꝓgnoscere q̃d est locus. siquidẽ harũ qꝛ̃dcũqꝫ est siue materia. siue spẽs. Hec eĩ altissimã habent speculatõem. et sibi inuicẽ nõ facile est cognoscere ipsa.

Hic infert vnũ correlariuz ex p̃dcis opionib⁹ ⁊ vult si loc⁹ sit materia vel forma. tunc difficile videt ꝓgnoscere q̃d sit locus. qꝛ materia et forma habẽt difficilẽ speculatõem. Cuius ratio est qꝛ vnũqꝛ̃dcũqꝫ ꝓgnoscitur fm q̃ est in actu. qꝛ sic ꝑt mouere potentiaz vt ipm cognoscat. sed nec materia nec forma naturalis habent ꝑ se et sorsuz esse in actu. ergo difficulter ꝓgnoscũtur.

Atuero q̃ ipossibile sit q̃dlibet horꝫ eẽ locũ nõ difficile videre. Spẽs q̃dẽ eĩ et materia non separant a re locũ autez contingit. In quo nã qꝫ aqua erat. in hoc iterum aer. sicut diximus ꝗ us fit transmutatis ad inuicẽ aereqꝫ ⁊ aqua ⁊ alijs corporib⁹ similiter. quare neqꝫ pars neqꝫ habitus. sed separabilis est locus ab vnoquoqꝫ. Et videt eĩ hmõi aliquid eẽ locus vt vas Etẽ vas locus transmutabilis. vas autem nihil rei. fm q̃dem igit q̃ separabilis est a re sic q̃dem non est spẽs: fm aũt q̃ ꝓtinet sic q̃dẽ alterum a materia

Repbat opiniões aliq̃ Nic ponit q̃nqꝫ rõnes in ꝓtrariuz istaꝝ opinionũ. scz q̃ locus nec est materia nec forma. Primo in ꝓmuni. p bat q̃ materia ⁊ forma nõ sunt locus. scõo spẽaliter ꝓbatur idẽ de materia. Stat ergo rõ in hoc. materia ⁊ forma nõ separant a re cui⁹ sunt materia ⁊ forma. qꝛ sunt partes essentiales ipsius totius in quo sunt. nihil eĩ separat a sua essentia. sed locus ꝑt separari a suo locato. qꝛ locus ꝓparatur ad locatũ sicut vas ad vasatũ. sed ꝑt vas separari a vasato. ergo etiã locus a locato. et per ꝓsequens locus nõ est forma nec materia. Secũdo ꝓbat idez spẽaliter de materia. qꝛ locus ꝓtinet locatũ. sed materia nõ ꝓtinet immo ꝓtinet. ergo locus non est materia

Videt aũt semp qꝛ̃ est alicubi ipsum esse aliquid. et alterũ aliq̃d extra ipsum

Hic ponit secũda rõ que ꝓbat q̃ locus non est materia vel forma. ⁊ sic locus separat a locato. et stat rõ in hoc locus est extra locatũ. qꝛ locatuz mouet in loco. sed id qꝛ̃ mouet in alio hoc est extra ipsum in quo mouet. sed materia ⁊ forma nõ sunt extra rem cuius sunt materia ⁊ forma. ergo materia ⁊ forma non sunt locus

Platoni igit dicendũ est. si optz trãsgredientes dicere. quare nõ in loco spẽs et numeri st⁹. et hoc si vere participatiuum est locus siue magno et paruo existente participatiuo sine materia. vt in thimeo scripsit

Hic ponit tercia rõ que est spẽaliter ꝓtra platonez q̃ posuit locũ esse materiã. et iterũ posuit ydeas ꝓticipari a materia. cũc sic arguit ꝓtra eũ. omẽ participatũ est in participante. sed fm platonẽ ydee ꝓticipant a materia. ergo sunt in materia. sed hoc est ꝓtra suam positionem ⁊ opinionem que dixit q̃ ydee nusqꝫ sunt. ergo nõ potest dici q̃ materia sit locus

Amplio quõ ferrent in suis locũ si locus essz materia aut spẽs. impossibile est eĩ cuius nõ est motus neqꝫ sursum aut deorsum locuz esse Quare querendus in huiuscemodi locus est Si aũt in ipso loc⁹ est. oz eĩ siq̃dẽ aut forma aut materia ẽ. erit loc⁹ i loco Trãsmutant eĩ

simul cũ re et mouetur. ⁊ spēs et infinitũ nõ sp in codẽ sz vbi vtiqz res q̃re loci erit locus.

Hic ponitur quarta ratio ⁊ stat in hoc. si materia ⁊ forma sunt locus ergo locus est in loco quod est incõuenies. pbat qz omne qd trãsmutat fm locũ in loco ẽ q̃a in illis q̃rendus est locus q̃ mutant fm locũ sz materia ⁊ forma trãsmutat fm locũ qz qñ totũ mutat erũ ꝓtes eius mutãt ⁊ p ꝓñs sunt in loco ⁊ si sunt locus est g̃ locus est in loco.

Amplius cũ ex aere fit aq̃ perditus est locꝰ si quidem spēi inerat. Non em̃ in codez qd fit corpus. Que igitur corruptio ex quibus igit necessariũ est locũ esse aliquid. et iterum ex quibus vtiqz dubitabit aliquis de substantia ipsius dictum est.

Hic ponit q̃nta rõ que stat in hoc. si locus est forma ergo corrupto vno corrũpit altez. sed hoc est falsuz. qz forma qñqz corrũpit et locus nõ corrũpit. qz aliq̃ res pt manere in suo loco et corrũpi. ⁊ aliq̃ res pt mutare suuz locũ ⁊ nõ corrũpi. qd tñ fieri nõ posset si locꝰ essz forma

Ost hoc aũt accipiendũ est quot modis aliud in alio dicitur. Uno q̃dem igit modo sicut digitus in manu. et oĩno pars in toto est. Alio vero sicut totum in partibus. non em̃ preter partes est totũ Alio modo sicut homo in animali et omnino sicut species in genere. Alio vero sicut genus in specie. et omnino pars speciei ĩ spēi rõe Adhuc sicut sanitas in calidis et frigidis. et omino species in materia. Adhuc sicut in rege qui grecorum. ⁊ omnino motum in primo motiuo. Amplius sicut in optimo et omnino in fine. Hoc autẽ est cuius causa fit Omniũ aũt maxime proprium est sicut in vase. et omnino in loco.

Postq̃ arestot. disputauit an locus est. ꝓsequẽter accedit ad determinãduz veritatẽ. ⁊ primo q̃daz premittit Dicit ergo primo q̃t modis dr aliq̃d eẽ in alio. et h̃ facit vt ꝓgnoscat ille modus quo aliq̃d est in loco. qz ille modus pt optime cognosci p drãm ab alijs modis eẽndi in. Secdo qz ex istis modis mouet vnũ dubium. s. an aliq̃d possz esse in seipso. Est g̃ primus modus eẽndi in quo aliq̃d est in alio sicut ps in toto. vt digitꝰ in manu. ⁊ manus in brachio. et brachiũ in hoĩe. Secdꝰ modꝰ est sicut totũ est in partibꝰ integralibus. qũo domus est in parietibus recto et fundamẽto Tercius modus est sicut species est in genere. vt homo in aĩali Quartus est sicut genus in specie vel etiaz ptes diffinitiue speciei sunt in specie. et sic animal ⁊ rõnale sunt in homine. Quintus ẽ sicut forma est in materia siue sit substãtialis siue accidentalis. Sextus est quo effectus cause efficiẽtis est in cã eꝰ [illegible]nte. sicut id qd mouet est in ipo mouẽte Septimus est sicut aliq̃d est in suo fine. vt cor amãtis vel appetitꝰ amãtis dr esse in amato. Octauus est quo vasatũ est in vase. vel locatuz in loco.

Querit Que sit sufficientia istoꝝ modoruz eẽndi in Dõm q̃ ista. qz oĩs modꝰ essendi in. vel sumit penes formam et materiaz. vel penes ꝓtinẽs et ꝓtentũ. vel penes cãm et cãtuz. Si pmũ sic est q̃ntus modus fm quẽ forma ẽ in materia. Si penes ꝓtinẽs et ꝓtentuz hoc est duplicit vel ꝓtentũ est separatz. ⁊ sic est ꝓcruus modus. Vel cõiunctũ. et hoc duplr. vel est ib̃ cõtinẽtia realis. ⁊ st duo pmi modi. vel est ꝓtinentia rõnis. ⁊ sic sunt duo alij modi. qa genus et species ꝓtinent se fm rõem. vel sumitur penes cãm ⁊ causatũ. ⁊ hoc est duplr. vel sumit fm causam efficientem. ⁊ sic est sextus modus. vel penes cãm finalem. et sic est septimus modus.

Querit Qualis sit ista diuisio modoꝝ eẽndi in. Dõm q̃ est diuisio analogica. Et dicit prꝰ eẽ de octauo modo. quo aliq̃d est in alio sicut in loco. cuius ratio est. q̃a ad hoc q̃ aliq̃d est in alio proprie requruntur duo. Primũ est q̃ contineatur proprie in eo. et propter hoc sextꝰ et septimus modi sunt impfecti. quia effectus ꝓprie nõ continetur in sua causa. Secũdo requritur q̃ sit ab eo distinctuz. qz idem non est proprie in seipso. ⁊ ꝓpter hoc alij modi sunt impfecti. quia non est distinctio siue distãtia illius quod cõtinet ab eo quod continetur Et quia iste ꝓditõnes reperiuntur in vltimo modo. ergo ille modus est pfectissimus. et deinde post octauuz perfectior modus est. quo totuz integrale est in suis ptibus. ⁊ ps in toto. Deinde quo genus est in specie et spēs in genere. Deinde sicut accidens in subiecto. et deinceps sicut effectus in sua causa efficiente. ⁊ vltimo sicut aliquid est in suo fine. quia isti duo vltimi modi sunt virtuales et non actuales. quia effectus cause efficientis et effectus cause finalis sunt solum in suis causis virtualiter et non actualiter.

Ar Locus est in aliquo sicut forma. ergo locus est in aliquo quinto modo et non octauo modo!

Dõm q̃ locus potest ad duo comparari. Primo modo ad corpus locans. et sic est verum q̃ ad hoc comparatur sicut forma ad materiam. quia corpus locans est subiectum superficiei locantis que est locus. Alio modo comparatur locus ad corpus locatum. et sic locatum inest loco fm octauum modum. Potest tamen dici q̃ si locus accipiatur graria virtutis conseruatiue. tunc etiam locus potest esse in locato sicut in subiecto. quia talis virtus conseruatiua penetrat locatum conseruando ipsum.

Ar Videtur q̃ sint plures modi essendi in q̃ octo. Probatur. quia aliquid est in alio sicut in tempore. etiã aliquid est in aliquo sicut in signo. ⁊ isti modi essendi in non ponunt in textu. Dõm q̃ isti duo modi comprehenduntur sub alijs. modus em̃ quo aliquid est in tpe reducitur ad octauũ modum. quo aliquid est in alio sicut in loco. et hoc ideo. quia sicut locus est mensura mobilis. ita tempus est mensura motus. et ideo octauus modus significat q̃ aliquid est in loco sicut in mensura extrinseca. Et hoc est commune rei temporali in ordine ad tempus. et rei locate in ordi

Sufficientia octo modũ dn=di Tn

ne ad locuz Modus autez essendi in quo aliquid est in alio sicut in signo non est ppzie loquendo modus eendi in. sed soluz modus analogicus. z propter talem analogiaz potest reduci ad quintum modũ. quo aliquid est in alio sicut accidens in subiecto. qa accidens debeat esse subiecto proportionatum.

Dubitabit aũt aliquis. vtrũ vnum et idem aliquid esse in seipso contingit aut nihil. sed omnia aut nusquam aut in alio esse. Duplicit autem hoc est. aut fm se aut fm alterũ Cũ em̃ sint q̃dam ptes totius. et hoc in illis et illa in hoc. dicetur totum in seipo esse. Dicitur autez et fm ptes vt albuz. qz supficies alba et sciens qz ratiocinatiuũ Amphora quidez igitur non erit in seipsa. neqz vinũ. vini aũt amphora erit Quod nãqz est in alio et in quo est vtraqz eiusdem ptes sunt idem. Sic quidem igitur ꝓtingit quidem aliquid esse in seipso

Nic Aresto. circa p̃dicta mouet vnã dubitatõez et est ista. Utrũ idez posset esse in seipo. Et mouet h ista dubitatio ꝓpter duo. Primo vt explicent modi essendi in Secundo ad intelligendũ dem anaxagore. q̃ dixit de infinito q̃ fulciret seipm. z sic infinitum esset in seipo Soluit ergo Aresto. hanc questionẽ dicẽs. q̃ aliq̃d esse in seipo potest intelligi dupl'r. vno° ꝑmo et p se. i. fm totuz et gratia sui z sic est impossibile idẽ esse in seipo Alio modo ꝑt intelligi idẽ esse in seipo fm accñs z fm prẽ et sic idez ꝑt esse in seipso. z hoc ideo qz ꝓtingit qñqz q̃ aliquod totuz habet duas ptes. quarũ vnaqqz recipit denoiationẽ totius z rũc ꝓtingit hoc totuz gratia vnius ptis esse in seipo gratia alteri° ptis. sicut dicim° q̃ flascula vini est in flescula vini. qz flescula vini fcat flesculã et vinũ. z qz flescula vini est in flascula vini grã vini. ergo ꝑt dici tali modo idem esse in seipso

Primũ aũt non ꝓtingit. vt albũ in corpe. supficies em̃ in corpe. scia aũt in aia. fm hec aũt sunt appellationes cum ptes sint sicut in homine. Amphora aũt et vinũ cũ seorsuz sint nõ ptes. Simul autẽ cũ sint ppe quod sint ptes erit idem in seipo. vt album in hoie. qm̃ in corpore. et in hoc qm̃ in supficie. In hoc autẽ nõ amplius qm̃ fm aliud est. et altera. specie hec sunt. et alterã naturã habet vnũqq̃qz: et potentiam supficiesqz et album Neqz igitur inductiue cõsiderantibus nihil in seipso videm° fm nullum determinatorum modorz. Et ratione manifestũ est qz impossibile est. Oportet enim vtraqz vtrũqz esse. vt amphorã vasqz et vinuz esse Vinũ autem vinũ et amphorã. si vere primum ꝓtingit et ipm in seipso. q̃ si quidem maxime in alterutris essent. amphora quidẽ acciperet vinum non fm q̃ vinũ. sed inq̃ztum illa. Et vinum inerit in amphora. non inq̃ztuz amphora ipsa sed fm q̃ est illud amphore Secũdum quidem igitur q̃ alterum sit manifestuz est. Alia namqz est ratio eius quod in quo. et et alia illius que in hoc. Impossile z aliq̃d in seipo p̃mo

Ar. Quandoq̃z p̃cedit de termino in terminū absq̃z medijs. vt patz in tinctura pannorū. vbi p̃cedit ab albo in nigrū p̃ vnū mediū. s. rubeū. Vōz q̃ ista diffinitio p̃ncipal'r intelligitur de medio in motu locali. qz ibi oportet omnia media necessario pertransire. Et iam potest intelligi de motu alterationis si fiat fm naturā. vt in fructibus. natura eīm procedit in ceruisis de albo in viridem colorem. de viridi in glaucū. de glauco in rubeū. de rubeo in nigrum

Continue aūt mouet. qd̄ nihil aūt paucissimum deficit rei. nō tpis. Nihil enim prohibz deficientem rei nō temporis. ⁊ statim aūt post

bypatim. id est primã sonare vltimã. sed rei in qua moueť. Hoc aũt et in his q̃ sunt fm locũ et in alijs mutationib manifestũ est

Hic ꝓnr oñr qd sit ꝓtinue moueri. qz ponit in diffinitione medij. Vũ ꝓtinue moueri est qũ in motu nihil aut paucissimũ deficit rei nõ tpis. Pro intellectu hui⁹ sciendũ q ad hoc q mot⁹ sit ꝓtinu⁹ duo reqrunť. Primo q nõ sit aliq̃ interruptio in tpe. i. q tp̃s sit ꝓtinuũ. Secũdo q nõ sit interruptio in magnitudie siue in spacio sup̃ qd fit mot⁹. Qst rũ dza in istis dcõnib⁹. ista scz. qz si aliqd deficiat in tpe tũc oino impediť ꝓtinuitas mot⁹. sed si motus in aliq̃ deficiat in ꝓtinuitate magnitudinis supra quã fit mot⁹. nõ impediť ꝓtinuitas ei⁹. qz ille mot⁹ sonatõis est ꝓtinuus. vbi post ypatim. i. post cordã hñ rez leue sonũ tangiť vltima corda. ⁊ hoc est qd dr q ĩ cõtinuo motu nõ ꝑt aliqd tpis deficere. Cuius p motũ potest deficere in magnitudie. sicut aliqs p passus ambulãs p aliquã viam ꝓtinuo tpe nõ tãgit oes ptes continuas spacij siue magnitudinis. ⁊ tamen dicitur motus continuus. quia nihil temporis deficit

Contrariũ autem fm locũ est. fm rectitudinẽ distans plurimũ. Minima enim finita Medium autem finitum est

Hic diffinit ꝓtraria fm locũ. ⁊ hoc iõ. qz si inter loca nõ est ꝓrietas. sic nõ est motus localis. cũ mot⁹ sit inter ꝓtraria. ⁊ tollit ⁊ ipm qd est ꝓtinue moueri. dr q̃ q ꝓtraria fm locũ dicunť. q̃ plurimũ. i. maxime distãt fm lineam rectã. qz distantia fm lineã circularẽ nõ est certa nec maxia. qz sp ꝑt dari maior. qz si inter duo pũcta trahat circulus. tũc ille ꝑt semp ⁊ semp esse maior.

Ex ista diffinitõe seqrek q solũ mot⁹ elmẽtorũ haberet ꝓrietatẽ. qz ille hz maximã distantiã fm lineã rectã Odm q illa distãtia fm lineã rectã nõ dz intelligi de distãtia simpl'r dcã. qz tunc motus stoz inferioz nõ haberet maximã distantiã. sed dz intelligi ꝓpatiue ꝓpando ad dcta loca mobilia.

Consequẽter aũt q cũ post principiũ solum sit. aut positõne aut spẽ. aut aliquo sit determinatoz. nullũ mediũ est eoz q̃ sunt in eodẽ genere. ⁊ cuius ꝓñter est. Dico autez in linea linee. fm q sunt linee aut vnitatis vnitas fm q stz vnitates. aut domus domus. Aliud autem nihil prohibet esse medium. cõsequenter autez est alicui. cuz posterius aliquid est. Non enim vnũ cõsequenter est duob⁹. neqz noua luna secum de ꝓñter. licet hec illi

Hic diffinit (ꝓñter) ⁊ vult q ꝓñter dicunť qũ vnum est post aliud inter que nihil mediat eiusdẽ generis. ⁊ sic ad ꝓñter duo reqruntur. Primo q ipm qd dr ꝓsequẽter sit post aliud. ⁊ ideo vnũ nõ est ꝓñter ad duo. Hũ aũt ꝓtingit vel fm positõem. sicut vnũ corpus est post aliũ vel fm spẽm sicut vnus numerus est post aliuz. vel fm dignitatem. sicut miles est post regem. vel fm ꝓgnitionem. sicut homo est post aĩal. Secdo reqritur q inter ipz et illud qd dr ꝓñter nihil mediat qd sit eiusdẽ generis. et iõ due dom⁹ dicunť se habere ꝓñter vbi non mediat aliqua alia domus. licet aliquid aliud alterius spẽi mediet sicut hõ vel asinus

Queritur Utz vnũ sit ꝓñter ad duo. Odm q nõ. qa q̃ cuius secda ꝓditio ꝓuenit vni. qz inť vnũ et duo nihil mediat eiusdẽ generis. nõ tñ sibi ꝓuenit prima. qz vnũ non ꝓuenit post duo. ⁊ ideo dicunť ꝓñter ad vnũ ⁊ tria ad duo. ⁊ non econtra.

Habitũ aũt est quod ꝓñter est cũ tãgat. qm̃ aũt omnis mutatio in oppositis est. opposita aũt ꝓtraria. ⁊ q̃ fm ꝓtradictõem sunt. ꝓtradictionis autem nihil mediũ. manifestum est q in contrarijs erit medium

Hic phs diffinit habitũ qd est spẽs ipsius ꝓñter dicens q habitũ est ꝓñter cũ tãgit habitũ q̃ supaddit ꝓñter ꝓtactũ. ⁊ iõ inter habita nihil debet mediare neqz eiusdem generis neqz alterius generis. Qt ex illis ꝓcludit q oẽ mediũ est inter ꝓria. ⁊ hũ iõ. ex quo mediuz de q̃ hic est ad ꝓpositũ sp est in motu vt dcm̃ est. sed mot⁹ est inter ꝓdictoria vel ꝓtraria. ⁊ qz inter cõtradictoria non est mediũ. q̃ mediũ est solum inter ꝓtraria

Continuũ autem est quidem habitum aliquod Dico aũt esse continuum quod idem fiat ⁊ vnus vtriusqz terminus eorum que tangũtur. ⁊ sic significat nomen continuuz. quia contineatur. Hoc autem esse non potest. cum duo sint vltima Sed hoc determinato manifestum est q in his est q̃dem continuũ. ex q̃bus vnũ aliquod aptum natũ est fieri fm contactũ. Et sicut aliqũ fit continuũ vnum. sic ⁊ totũ erit vnũ. vel aut penetratione aut latione aut tactu. aut ad nascentia. aut insertu. Manifestum autem ⁊ quod primum consequẽter Contactum quidem em̃ est necesse consequenter esse. quod consequenter autem non om̃e tãgere. vnde ⁊ ꝑtibus rõne cõsequẽter est vt in numeris. tactus autem non est.

Hic manifestat aliũ terminũ principal'r intentũ. scz q̃d sit ꝓtinuũ. ⁊ vult q ꝓtinua dicunť quoz vltima sũt vnũ. qd ꝓbat ex noie ꝓtinuitatis. qz ꝓtinuũ dr a ꝓtinuando. siue ab vniendo. sz solũ est ꝓtinuatio in his q̃ hñt vltima unũ. Ptz etiã idẽ ex ordine cõitatis istoz termino. qz sicut cõtactũ addit supra ꝓñter simultatem. ita cõtinuũ addit supra contactũ vnitatẽ. qz continua stz q̃rum vltima sunt vnũ. iõ seqtur ex q̃bus nõ est natũ fieri vnũ. illa nõ possunt ad invicẽ continuari. Fit em̃ diuersi

mode vnū ex multis. quādoq; p̄ implantatōnem. sicut surculus inseritur arbori. quandoq; p̄ naturalem generationem. sicut ramus arbori.

Et si q̄dem p̄tinuū est. nccē est tangere. Si vero tāgit nondū p̄tinuū est. Non ēim nccē est vnū eē ipsoꝝ vltima. si sil' sunt. ſz si vnū ſt̄ nccē est ⁊ sil' cē. Quare insert̄ vltimus ē fm generatōem. nccē est ēim tāgere si adnata erūt vltia cōtacta aūt nō omnia adnata sunt. In q̄b̄ aūt nō est tactus. manifestū est q̄ nō est p̄sert̄ in his

Nic p̄ñter p̄parat ista tria ad inuicē. s. p̄ñter p̄tactū ⁊ cōtinuū. ⁊ vult q̄ p̄ñter est p̄us via gñatōis ⁊ cōitatis fm p̄dicatōem. deinde p̄tactū. deinde p̄tinuū. quia ome cōtinuū est cōtactū. ⁊ oē cōtactū est p̄ñter. ſz nō eō̄ Addit ēim cōtactū sup̄ p̄ñter simultatē. ⁊ p̄tinuū addit supra cōtactū. vnitatē. q̄ illa sunt cōtinua quorū vltia ſt̄ sil' ⁊ vnū. hñt ēim se sicut supius ⁊ inferius.

Quare si et vnitas ⁊ p̄ūctum q̄lia dicūt separata. Non possibile esse vnitatē ⁊ p̄ūctū idē his q̄dem inest tāgere. vnitatib̄ aūt p̄ñr. ⁊ horū quidē cōtingit esse mediū. Ois ēim linea medium punctorū est. hax āt nō est nccē Nullū ēim mediū est dualitatis ⁊ vnitatis Quid q̄dē igit̄ est simul ⁊ extra. ⁊ q̄d tāgere et q̄d mediū et q̄d p̄ñter. ⁊ q̄d habitū et quid cōtinuū. et in qualibet vnūquodq; eoꝝ inest dictū est

Concludit q̄dam corelariū ex dictis. ⁊ est q̄ si vnitas ⁊ p̄ūctus sunt separata fm esse a materia. adhuc vnitas nō erit p̄ūctus. Q̄d probat duab̄ rōibus. quaꝝ p̄ma est. q̄cunq; ſt̄ eadē vna cōditio reperit in vtrisq; ſz alia cōditio reperit in p̄ūctis. s. contactus. q̄ duo p̄ūcta p̄ñt se tāgere. q̄ sunt extrema linearū. ⁊ est alia conditio in vnitatib̄. s. p̄ñter. q̄ in numeris vnū est p̄us alio fm ordinē. ⁊ ideo inter ea nhil mediat eiusdē generis. non aūt tangūt se. quia nō sunt extrema q̄ntitatis continue. que solum tangūt se vt supra dictū est. Scā ratio stat in hoc. inter duo puncta necesse est mediare aliq̄d medium. q̄ linea mediat inter duo p̄ūcta. sed inter duas vnitates nō est nccē esse aliquod medium.

Dictū est p̄us q̄ duo p̄ūcta se tangūt. sed q̄ tāgunt se nō hābent mediū Dicendū q̄ duo p̄ūcta accipiunt dupl'r. Vno mō fm q̄ reputunt in vna linea. ⁊ sic impossibile est p̄ūcta se tangere absq; medio. sicut patebit sexto huius Alio mō accipiūt duo p̄ūcta in diuersis lineis. put sunt termini diuersarū linearū et sic possunt se duo puncta tangere. Exempli grā. si q̄s ymaginet lineā cadere p aerem ⁊ aquā continue: tūc in contactu aeris ⁊ aq̄ punctū ipsius aeris in linea aeris tāget p̄ūctum aque in linea aque.

Aus aūt motus d̄r multipl'r. vnū q̄dē ēim multipl'r dicimus. Genere q̄dem igit̄ vn̄ est fm figuras p̄dicamēti. Loci mutatio quidem ēim omni loci mutatōi genere vna est. Alteratio aūt a loci mutatōe altera genere est

Post q̄ phs p̄misit aliq̄s diffinitōes valētes sibi in seq̄ntib̄. cōsequēter determinat de vnitate ⁊ diuersitate motuū. ⁊ q̄ cōtrietas est spēs diuersitatis. etiam postea determinat de p̄rietate motuum. Circa p̄mu distingunt triplicē vnitatē ipsius motus: ⁊ vult q̄ q̄q; motus d̄r vnus genere. q̄q; vnus spē. ⁊ quādoq; vn̄ numero. Illi aūt motus dicunt vnus genere q̄ terminātur ad idē genus p̄dicamētale. sicut augmētatio ⁊ diminutio ad q̄ntitatem. ⁊ calefactio ⁊ frigefactio ſt̄ vn̄ motus genere. q̄ terminant ad qualitatē. Itē motꝰ localis rectus ⁊ circularis sunt vnus genere. quia terminant ad vnū p̄dicamentū. ſz vbi.

Corruptibile ⁊ incorruptibile differūt plus q̄ genere. sed motus circularis est incorruptibil'. ⁊ motꝰ rectꝰ est corruptibil'. q̄ nō p̄ñt eē in eodem gñe. Q̄dm q̄ genus accipit dupl'r. Vnoꝰ p genere phisico. q̄d est materia vel subiectū. ⁊ sic ē verū q̄ corruptibile ⁊ incorruptibile d̄r̄ñt plus q̄ genere q̄ materia et ī̄ō est alia materia corpm celestiū ⁊ inferioꝝ. Alioꝰ accipit genus p genere logico siue p̄dicamētali. ⁊ sic corruptibile ⁊ incorruptibile ſt̄ vnius generis. q̄ p̄ñt esse de vno p̄dicamento. sicut corpus celeste. ⁊ corpa inferiora ſt̄ de p̄dicamento substantie. ⁊ motus celi ⁊ motus localis recti ſt̄ de p̄dicamēto vbi.

Specie aūt vnus est: cū genere vn̄ est ⁊ in diuidua spē sit. vt colorīs q̄dem sunt differētie Iā igit̄ alius spē denigratio ⁊ dealbatio. Ois āt dealbatio omni dealbatōi idē fm spēm erit ⁊ ois denigratio denigratōi. Albedini aūt non amplius: vñ spē vna dealbatio dealbationi omni. Si āt sunt q̄dam q̄ et genera sil' ⁊ spēs sunt manifestū est q̄ vt spē vnus erit. simpl'r autem vnus spē nō vt doctrinatio. ſz scia q̄dam spēs existimatōis. genus āt sciarum aliarum

Nic ostēdit qui motus dicunt vnus spē. ⁊ vult q̄ illi dicunt vn̄ spē qui terminātur ad vnā spēm spēialissimā sicut motꝰ dealbatōis est eiusdē spēi cū q̄libet dealbationē. q̄ albū est spēs spēialissima. est tū verū q̄ fm q̄d motus dicunt vnus spē. q̄ sunt ad vnā spēm subalternā. sicut motus albefactōis ⁊ nigrefactōis q̄ terminant ad colorem. nō tū sunt simpl'r vnus spē. sicut nec spēs subalterna est simpl'r vna species.

Dubitabit aūt aliq̄s si spē vnus motus sit. cum ex eodem idē in idē mutetur. vt vnus punctum ex hoc loco in hūc locū. iterū et iterū. Si

Compat ⁊ a ad motus

Correlam

Vnitas motus

Genera

Species

autem hoc est: erit circulatio rectitudini eadez et volutatio ambulationi

Hic mouet vnã dubitationẽ circa dicta. s. vtꝝ plẽs motus. q̃ sunt ab eodez ad idẽ st̃ vnius spẽi. Et videt q̃ sic. qz ad motũ vnius spẽi sufficit terminus vni⁹ spẽi Arguit tñ q̃ nõ. qz tũc motus rectus z motus circularis erunt eiusdẽ spẽi. qz pñt esse ad vnũ terminũ non solũ vni⁹ spẽi. sed etiã eiusdẽ numeri. sicut si aliq̃s ad eũdem locũ numero veniat p lineã rectã z circularẽ. sed h̃ est incõueniẽs. q̃ nõ est sp vnus mot⁹ spẽ qñ idem mobile mutat ab eodem ad idem

Aut determinatũ est id in quo ẽ. si alterꝝ est spẽ qm̃ alt̃ motus est. Circulare aũt a recto alterũ spẽ est. Genere q̃dem igit̃ z spẽ mot⁹ vn⁹ sic est. Simplr aũt vnus mot⁹ est q̃ suba q̃dẽ vnus z nũero est. quis ãt hmõi sit manifestũ ẽ diuidẽtib⁹. Tria enim st̃ fm nũerꝝ. circa q̃ dicimus motũ vnũ qd̃ z in quo z qñ. Dico aũt qd̃ qm̃ necẽ est aliquid esse qd̃ mouet. vt hominẽ aut alteruz. z in aliquo hoc moueri. vt in loco aut in passione. et quando. In tempore enim omne mouetur Horum iterum autem genere quidem aut specie esse vnũ est in rei quã mouetur. habitum erat in tempore.

Hic soluit dubitatõem dicẽs. q̃ si multotiens aliq̃d mutat ab eodẽ ad idẽ fm spaciũ eiusdẽ spẽi. tũc est vn⁹ mot⁹ spẽ. Exẽpli grã q̃ aliq̃d sepe mutat fz spaciũ rectũ ad vnũ terminũ. tũc motus est eiusdẽ spẽi. sed qñ mutat ab eodẽ ad idẽ fm spaciũ alteri⁹ spẽi. sicut st̃ spaciũ rectũ z circulare. tũc motus sunt alterius spẽi. Vñ ad hoc q̃ mot⁹ sint vni⁹ spẽi tria req̃rũt. Primũ q̃ illo rũ motuũ termin⁹ sit spẽs spẽalissima. Secõm q̃ spaciũ sit eiusdẽ spẽi. z iõ mot⁹ ad eundẽ terminũ p lineaz rectã. z p lineã circularẽ st̃ diuersaz spẽꝝ. Tertiũ q̃ sint ab eisdẽ pncipijs. z iõ motus ignis surszuz. et motus terre sursum nõ sunt vnius spẽi. qz q̃uis st̃ ad eundẽ terminũ. etiã numero. z etiã p spaciũ eiusdẽ spẽi. qz p spaciuz rectũ. nõ tñ fuit ab eisdẽ pncipijs. qz motus ignis surszũ est a pncipio naturali. sed mot⁹ terre surszuz est a pncipio violento. z illam tertiã ꝓditõem Arz. ꝓhendit implicite sub pma. qz in omni motu termini corrũdent principijs. si ergo termini sunt vnius spẽi. oportet etiam principia esse vnius speciei.

Ar Terminus dat spẽm motui. sz h̃ est vn⁹ terminus q̃ aliq̃d mouet p spaciũ circulare z rectũ. q̃ mot⁹ erit vnius spẽi Odm q̃ q̃uis in alijs motib⁹ sic est q̃ spẽs sumit a termio ad quẽ tm̃. tñ in motu locali etiã circũlo q̃mur spẽm sil'ex spacio z ex termio ad quẽ. Qui⁹ rõ est. qz in alijs motib⁹ spacium hz se ad motũ p accñs sed in motu locali spaciũ hz se ad motum p se. qz oz illũ motũ fm q̃ hmõi fieri snpra spaciũ. z ideo motus rectus z circularis drũt spẽ. etiã si habeant eundem terminũ. Ex q̃bus, vlterius elicit q̃ motus volationis. volutatõis. ambulatõis z natatõis sunt vni⁹ speciei. si fiãt fm spaciũ vni⁹ spẽi. qz q̃uis differãt fm pncipia z organa. illa tñ organa non dant spẽm motui. qz alia organa req̃runtur ad natatõem q̃ volationẽ. z nõ ad motũ localem fm q̃ hmõi

Simplr aũt vnũ in oib⁹ his est. Et nãq̃ in quo est vnũ. oportet esse z indiuisibile vt speciez. Et ipsum qñ vnũ tpus z non deficiens. Et qd̃ mouet vnũ esse. non fm accñs. vt albũ nigrũ fieri z coruscum ambulare. vnum autẽ est coruscum z album. sed fm accidẽs. neq̃ cõe est̃ eũ duos hoies simul sanari fm eandem sanitatem. vt oftalmie. sed non vnus hic est sz specie vnus est Ad vnitatẽ mũalẽ mot⁹ req̃rũt tria

Hic oñdit q̃s motus sit vnus numero. z vult q̃ tria req̃runtur ad hoc q̃ motus sit vnus numero. s. vnitas mobil'. vnitas tpis. z vnitas forme fm quã est motus. Cui rõ est. qz mot⁹ ẽ accñs. sed oẽ accñs hz nũerꝝ a suo subiecto. q̃ ad vnitatem motus req̃ritur vnitas mobil'. Et sil'r tpis interruptũ etiã impedit vnitatẽ mot⁹. qz ẽ mensura motus. Alia etiã forma facit aliã vnitatẽ motus cum forma sit motus suba. Excludit etiã Arz. duos modos vnitatis ipsius mobilis q̃ non sufficiunt ad hoc q̃ motus sit vnus numero. Primus est vnitas mobilis fm accñs sicut coruscus z album sunt vnũ numero. sed p accidens. z ideo mot⁹ coruscẽ z motus albi nõ sunt vnus mot⁹ fm nũerꝝ. qz mot⁹ coruscẽ est mot⁹ localis. sz mot⁹ albi ẽ nigrefactio. Secõs mod⁹ ẽ vnitas mobilis fm gen⁹ vel spẽm z nõ fm nũerꝝ. Req̃ritur eñ ad vnitatẽ nũeralẽ motus q̃ mobile sit vnũ numero.

Socrates ãt fm alteratõem candẽ alterari spẽ. in alio aũt tpe z iterꝝ in alio. siquidẽ ꝓtigit corruptũ iterꝝ vnũ fieri nũero erit z hic vnus. si vero nõ idẽ quidẽ. vnus ãt nõ. Hz ãt dubitationẽ huiẽ sil'em. z vtꝝ vna sanitas et oino habitus z passiones subẽ sunt in corpibus mouerí nãq̃ vident̃ hũtia z fluentia. Si igitur eadem z vna que diluculo z nũc sanitas q̃ remanet et cũ deficiens accipiat iterꝝ sanitatẽ. hoc z illa vno numero erit Mouet duas dubitationẽs

Arresto. interponit quandã dubitatiõem. vtꝝ scz est vnus motus numero. q̃ vna forma bis acãtur. sicz si q̃s bis sanetur de oftalmia. i. infirmitate oculoꝝ Et circa hoc mouet quandã aliã dubitatõem. vtꝝ vnum z idem accñs cõtinue pseueret in eodem subiecto Et quibusdam videtur q̃ non. quia Heraclit⁹ opinabat q̃ nõ esset vna forma de mane z de vespere in eodem subiecto propter continuam mutatõem rerum. Hanc aũt dubitatõem phus hic non soluit propter duo. Primo solutio istius spectat ad metaphisicum. qui hz determina

prũ

z a

z az nõ solut

re de vno ⁊ multo. Secdo qz ista dubitatio innitit falso fundamēto. s. q̃ res sunt in ꝯtinuo motu. ⁊ nihil vnq̃ q̃ escat. qd̄ reprobat octauo huius. vbi Aresto. ponit diuisionem circa dispositionem entium.

Eadez eēm rō est nisi q̃d in tantū differt. q̃re si q̃dem duo idē. sicut numero vnus ⁊ habitus eē nccē est. vnus eēm numero. actus vnus numero si ꝯo habitus vnus est. fortassis nō alicui videbitur vnus ⁊ actus esse. Cū eēm pauset ābulans nō āplius ē hec ābulatio. Iterq̃ āt ambulāte erit. si igit vnus ⁊ idē est. ꝯtingit vnū et idem corrūpi et esse multotiēs. He q̃dem igitur sunt dubitatōes extra que nunc est intentōem

Hic determinat veritatē circa p̄mā dubitatōnem. ⁊ vult q̃ si motus sit vnus numero. nccē est terminū ad quē esse vnū nūero. nō tū hoc ꝓuert. qz nō nccē est q̃ si terminus ad quē est vnus numero q̃ etiā motus sit vnus nūero sz p̄ter h̄ req̃rit q̃ ille terminus vnus numero acq̃rat absq̃ interruptōe tpis. qz nisi sic ꝯtingeret vnū ⁊ idē multotiēs generari ⁊ corrūpi. qd̄ est impossibile. Ptz igit p solutōē q̃stionis q̃ si q̃s bis sanet de oblatuia nō ē idez motus. sz st̄ duo motus. qz talis forma nō acq̃rit ꝯtinue in tpe. sed p interruptōem Cōsiderādū etiā est. q̃ ex isto textu elici pt q̃ si res aliq̃ p morū pducatur. tūc illa res nō pt esse vna q̃ est p̄us corrupta ⁊ postea genita. qz ē interruptio in tpe. sz si aliq̃ res sine motu pducat. s. p creationem. tūc vna res nūero pt reproduci. sicut pz in resurrectione mortuorū. q̃ fit sine motu p potentiā diuinā

Nō

Solut p̄ 2 dubitatōes

Uoniā aūt ꝯtinuus est oīs motus simpl̄r q̃m vnū nccē est ꝯtinuū esse. si q̃dem omis diuisibilis est. ⁊ si ꝯtinuus vnus. Nō eēm omis fiet ꝯtinuus omi. sicut neq̃ aliud nullū cōtingēti ꝯtingēs. sz q̃ vnū st̄ extrema vltia āt alioq̃ nō sunt q̃dem. alioq̃ āt sunt. sz spē dr̄ntia et equoca sunt: Quo nāq̃ tanget. aut vnū fiet vltimū lince ⁊ ambulatōis. Habiti q̃dem igit st̄. et qui neq̃ idem specie neq̃ idē genere sunt Currens eēm aliq̃s statim febricitabit. ⁊ vt lāpas ex diffusione loci mutatio est habita. ꝯtinua aūt nō. Ponūtur eēm ꝯtinua quoq̃ vltima vnū sunt. q̃re habiti ⁊ p̄ter sunt quo tempus ꝯtinuū est. ꝯtinuū aūt est quo motus. hoc aūt est cum vnū vltimum fiat ambobus. vnde nccē est eundem fm spēm eē et vnius mobilis. et in vno tpe simpl̄r ꝯtinuū motum et vnum. Tempore q̃dem vt non immobilitas interiit. Indeficienti eēm q̃escere nccē est. Multi igit et non vnus motus est quoq̃ q̃es in medio est. Quare si aliq̃s motus statu occupet: neq̃ vnus est neq̃ ꝯtinuus. intercipit aūt si in medio tempus est. Qui aūt specie non vnus motus est. ⁊ si nō deficiat tps: Tempus quidem eēm vnū est specie aūt alius. vnū quidem eēm necesse est. ⁊ specie vnū esse. hunc aūt simpl̄r vnum esse nō est necesse. Quis igitur motus quidem simpliciter vnus dictum est.

Hic pbat p̄ḡs qd̄ p̄us dixit. s. q̃ tria req̃runt ad vnitatē numeralē. s. vnitas mobilis tpis ⁊ forme fm quaz est motus. ⁊ h̄ pbat sic. qz motū eē vnū est motū eē ꝯtinuū. qd̄ pz ex tribus mōis capiēdi vnū. qz mot⁹ nō dr̄ vnus indiuisibilitate. nec rōe. loq̃ndo de vnitate nūerali. q̃ cōtinuitate. sed ad ꝯtinuitatē mot⁹ tria req̃runt. Primo req̃rit q̃ forma sit vnius spēi fm quā est mot⁹. qz diuersa fm spēm nō pnt ꝯtinuari. cū ꝯtinua st̄ quoq̃ vltima st̄ vnū. q̃ aūt st̄ diuersaq̃ spēq̃ nō h̄nt vltia vnū Secdo req̃rit vnitas subiecti fm nūeq̃. qz diuersa subiecta pnt se bn̄ h̄re ꝯnter. sz nō ꝯtinue. Tercio req̃rit vnitas tpis qz si interueniat q̃es impedit ꝯtinuitas motus.

Amplius aūt dr̄ vnus et pfectus. siue fm genus siue fm speciem siue fm substantiā. sicut et in alijs pfectum et totū vnus est Est āt aliquando et si imperfectus sit vnus dicitur. si solum sit continuus.

Ponit duos secdarios mōs vnitatis mot⁹. ⁊ dicunt secdarij. qz nō spectāt q̃prie ad ipam vnitatē mot⁹. sz ad modū vnitatis mot⁹. qz ad pfectōem vnitatis mot⁹ Primus est q̃ mot⁹ dr̄ vnus. qz pfectus. sic etiā in alijs rebus totū ⁊ pfectū ꝯtinēt ad rōem vnitatis. Et rō isti⁹ ē. qz vnitas pt dupl̄r attēdi Uno⁹ fm q̃ritatē. ⁊ sic sufficit sola ꝯtinuitas ad vnitatē. Alio⁹ pt capi fm formā substātialē q̃ est pfectio totius: ⁊ sic dr̄ aliqd̄ vnū. qz pfectū et isto mō mot⁹ dr̄ vnus q̃ est q̃ pe terminū ad quem. qz ibi mot⁹ capit suā pfectōem q̃tū ad modū dsendi.

Amplius aūt aliter p̄ter p̄dictos dr̄ motus vnus regularis. irregularis enim non videtur vnus. sed magis regularis sicut rectus. Irregularis enim diuisibilis est. videtur aūt differre sicut magis et minus Est āt et in omi motu q̃d regulariter est aut non. Et nāq̃ alterabitur regulariter: et ferē irregulariter. vt circulo aut rectitudine et circa augmentum et silr et decre

mentũ. irregularitas aũt drña est aliquando q̃ dez in q̃ mouetur. impossibile eẽ est regularẽ esse motuz non in regulari magnitudine. vt reflexi motus aut obliqui aut alius magnitudinis quarum non conuenit contingens in contingentem ptem. Aliquãdo aũt neqz in vbi. neqz in quãdo. neqz in qd. sed in eo qd vt est. velocitate eẽ z tarditate aliqñ determinat. cui q̃dem eẽ velocitas est eadem. regularis est cuius aũt non irregularis est

Ponit secũ modũ secũdariũ vnitatis motus. z ẽ q motus dr vnus qz regularis z vniformis: z hoc iõ. quia mot⁹ regularis est magis vnus q̃z diffoꝛmis z irregularis. g̃ in illo motu deficit magis vnitas q̃z in motu regulari. Exempli grã. qz motus ille q̃ fit p spaciũ rectũ et circulare est minus vnus q̃z ille q̃ fit p spaciũ circulare tm̃. vel rectũ tm̃. Et p intellectu illi⁹ Aresto. ostẽdit in q̃bus motib⁹ inuenit regularitas z irregularitas Et vult q in omi spẽ motus inuenit regularitas z irregularitas. Sũt tamẽ duo modi irregularitatiz fm phm Primus est ex pte rei. i. spacij. z sic motus dr irregularis vbi spaciũ est distinctũ fm rectũ z circulare. qz vna ps est recta z alia circularis. z tũc irregulare extẽdit ad diffoꝛme Alio mõ dr mot⁹ irregularis ex pte modi mot⁹. s. ex pte tpis. z h̃ pringit qñ nõ est eq̃ velox p totũ tp̃us. sicut fit in motu grauiuz z leuiũ. qz tal mot⁹ est velocior in fine q̃z in pncipio z in medio. Ex q̃ pt capi drña inter regulare z vniforme fm q pprie accipiũt. qz regulare in motu accipit ex pte tpis. z iõ ille motus dr regularis qui ẽ eq̃ velox p totũ tp̃s. sz motus dr vniformis ex pte spacij. qñ scz spaciũ est dispositũ fm figurã vni⁹ spẽi. z ideo aliq̃s mot⁹ est regularis q̃ nõ est vniformis z ecõtra. motus eẽ grauiũ z leuiũ est vniformis. qz fit p lineã rectã tm̃. qz ex pte spacij nõ est defect⁹. nec ex pte ptiũ mobil sz nõ est regularis. qz ẽ velocior in fine q̃z in pncipio. Motus aũt celi ecõtra est regularis. sz nõ vniformis. qz eq̃ velox est p totũ tp̃s. g̃ ẽ regularis. sz tñ ptes celi circa medũ celi veloci⁹ mouent q̃z ptes circa polos. g̃ in illo motu nõ est vniformitas pprie loquẽdo. qz forma etiã motus local siue spẽs est ex pte spacij ad min⁹ extrinsece z circũlocutiue. Et iõ dictũ est q mot⁹ rect⁹ z circularis et si habeãt vnũ tminũ spẽ z nũero. nõ tñ st vni⁹ spẽi.

Ũ neqz spẽs motus neqz drñtie sunt velocitas z tarditas. qz omnes sequunt drñtes fm spẽm. Quare neqz leuitas neqz grauitas pducens ad vnũ z eundẽ locũ que in idẽ est: vt terre ad ipam. aut ignis ad ipsum

Concludit hic ex p̃dictis duo correlaria. q̃z primuz est. q velocitas z tarditas nõ st drñe specifice nec spẽs motus. Qd sic pbat. qz nulla drñia psequit oẽm spẽm alicui⁹ generis. sz sicut dictũ est velocitas z tarditas cõsequunt oẽm spẽm motus. g̃ nõ sunt drñe mot⁹ Secũ correlariũ est. velocitas z tarditas nõ st idẽ sicut grauitas z leuitas. qz grauitas hz se ad vnã determinatam spẽm motus. s. ad motũ deorsum. z leuitas ad motum sursum. sed velocitas z tarditas respiciũt quãlibet speciem motus indifferenter

Unus q̃dem igit irregularis est qui est continuus. Minus aũt qd quidem reflexiuo accidit motui Qd autem minus commixtio semp ptrarij. Si autem vnũ omnẽ pringit z regulare esse z nõ. nõ erunt q̃ nõ fm speciez habiti ipsi vnus z cõtinuus. Qũo eẽ erit regularis ex alteratõe compositus et loci mutatione. indiget enim conuenire.

Hic pbat qd prius dixit. s. q motus irregularis est minus vn⁹ q̃z regularis. z hoc sic pbat: omne illud qd est minus tale est min⁹ tale p admixtionẽ ptrarij. sz mot⁹ irregularis est min⁹ vnus q̃z regularis. g̃ hz aliquid de multitudine. qz habet aliqd de ptrario. Ex q̃b cõcludit final q diuersi mot⁹ fm spẽm nõ possunt primuare et sic motus ppositus ex diuersis motibus fm speciem non potest dici regularis.

Querit Et tria requirunt ad vnitatẽ numeralẽ motus. Dicendũ q sic et rõ est. qz motus est accns. z accidens habet numeq a suo subiecto. g̃ primo requirit vnitas mobil. Secũdo mot⁹ est de nũero prinuoq. z ex h̃ adhuc duo requirunt ad vnitatẽ motus. primo vnitas forme. et in motu locali vnitas spacij. a q̃ est etiã vnitas circũlocutiue forme mot⁹. Tercio requirit vnitas tpis. sic eẽ ad vnitatẽ rei mensurabil requirit vnitas mensure. sic ad vnitatẽ motus requirit vnitas tpis. Est tamẽ psiderãdum q vnitas tpis nõ causat vnitatẽ mot⁹. sed soluz a posteriori indicat vnitatẽ motus. vnitas aũt mobil est pprie cã vnitatis numeralis motus

Si Quicq mot⁹ est vnus vbi nõ est vnitas tpis. qz duo motus ad altẽdinẽ pñt esse vn⁹ in diuersis tpibus in eodẽ mobili in numero Dõm q q̃uis sit vnus spẽ. nõ tñ est vn⁹ in nũero si fiat in diuersis tpib⁹ Deiñ arguit q nõ requirat etiaz vnitas termini ad quẽ ad vnitatẽ mot⁹. pbat qz sepe fit mot⁹ ab albo in nigrũ p multos medios colores. q̃ tamẽ est vn⁹ motus q̃uis fiat p multos terminos. Dõm q dupl pringit pcedere de extremo colore in extremũ p medios Uno⁰ sic q in medio sit status. z sic tales motus st diuersi in spẽ. qz hñt terminos specifice distinctos. Alio⁰ pringit pcedere de extremo in extremũ. sic q in medij⁹ nul⁹ sit status. sz fit ptinuus pcessus. z tunc medij colores non hñt rõez terminoq. sz mediorq ipm subiectũ ad vltimũ terminũ mot⁹ deferẽtium. z sic est vn⁹ mot⁹ numero

Si Aresto. octauo phisicoq accipit vnitatẽ mot⁹ ex vnitate mouẽtis. g̃ male h̃ primitrit illũ modũ Dõz q mot⁹ capit dupl. Uno⁰ fm suã naturã absolute. z sic mot⁹ nõ hz aliquã vnitatẽ vl distinctõem ex mouẽte. qz sic capiẽdo motũ mouẽs est sibi total extrinsecũ. Alio⁰ accipit motus fm q stat sub intẽtõe mouẽtis. i. fm q hz aliqd cãre in mobili z sic hz etiã vnitatẽ a mouẽte. sic qdlibet istrumẽtũ hz vnitatẽ vl diuersitatẽ vl pgatõz ad pncipale mouẽs. z sic capit 8⁰ h̃⁹

Si aliquod aīal. puta canis, pficiat ab alto loco et moriat in medio. tūc est vn⁹ motus numero ⁊ nō est idem mobile. q⁹ nō est idē canis numero. Dicendū q̄ argumentū p̄supponit falsum. scz q̄ est vnus motus numero. sunt em̄ ibi duo motus p̄seq̄nter se habentes: ⁊ hoc propter diuersitatem mobilis. q⁹ canis mortu⁹ est aliud mobile q̄ canis viuus. ⁊ q̄uis tēpus sit ꝓtinuū: hoc tm̄ nō sufficit ad vnitatē numeralem motus. sed req̄rit idēptitas mobilis. Et ſt tamē ꝓsiderandū q̄ quidā dicunt vnā formā substantialē manere in generato⁹ corrupto. s. formā corpeitatis. ⁊ illo stante nō est incōueniens dicere q̄ sit idē motus numero. q̄a ē idē mobile numero. sz hoc est impossibile. sicut pbat primo de generatōe. ⁊ scdo de aīa. q⁹ nō p̄t eadē forma manere in genito ⁊ corrupto. Etiā sic nō fieret resolutio ad materiā primā. ⁊ sic nō corrū perek res simpl'r. sz fm q̄d. Sil'r dicendū est de virga pro media pte arida. ⁊ p̄ media pte viridi. q⁹ in motu talis virge nō est motus vn⁹ cū sint duo mobilia. sed sunt duo motus. qui tamē incipiūt ⁊ terminant in eodem tempore

Duo corpa dura nō possunt se tangere sine medio. si ergo in virga, p̄ vna pte arida ⁊ p̄ alia viridi essent duo corpora tunc tangerent se p̄ medium quod non videt. Dicendum q̄ ibi est medium scz humor aqueus. quia vita cuiuscunq̄ animati consistit in calido ⁊ humido.

Amplius autem determinandū est qualis motus ꝓtrarius motui et de mansione eodem modo. Sed primo determinādum est. vtrum contrarius motus sit. qui est ex eodem ei qui est in idem vt qui est ex sanitate ei q̄ est in sanitatem. vt generatio ⁊ corruptio videtur Aut qui est ex contrarijs. vt qui est ex sanitate ei q̄ est ex egritudine. Aut qui in contraria vt qui est in sanitatem. ei qui est in egritudinez Aut qui est ex contrario. ei qui est in contrariū vt qui est ex sanitate. ei qui est in egritudinem Aut qui est ex contrario in contrarium ei q̄ est ex contrario in contrarium. vt qui est ex sanitate in egritudinem. ei qui est ex egritudine in sanitatem. Necesse est em̄ aut vnum quendā horum esse modorum aut plures Non em̄ est aliter contraponere.

Postq̄ phs determinauit de vnitate motus. iā intēdit prosecq̄ de diuersitate motus. ⁊ q⁹ in genere loquēdo diuersitas p̄t sumi in motib⁹ ex vnitate. cū tot mōis dicat vnū oppositor⁹ quot modis ⁊ reliquū. iō nō determinat de diuersitate mot⁹ in genere. sz de quadā spē diuersitat'. s. de ꝓtietate. Et circa hoc distinguit q̄nq̄ modos q̄bus p̄t alicui videri q̄ mot⁹ sunt ad inuicē ꝓtrarij. Si g̃ mot⁹ st' ꝓtij ad inuicē hoc cōtingit vno q̄nq̄ modor⁹. vel q⁹ ꝓtietas attēdit penes accessum ⁊ recessū ab eodē termino. sicut si dicerem⁹ q̄ motus ab esse ꝓtiatur motui q̄ est ad esse. Vel sumit cōtrarietas motus penes ꝓtietatē terminor⁹ a quib⁹. vel sumit ꝓtietas motus penes ꝓtietatem terminor⁹ ad q̄s. vt si dicerem⁹ q̄ mot⁹ ad albū ꝓtariat motui ad nigrū. Aut accipit ꝓtietas mot⁹ fm ꝓtietatē termini a quo p̄ ordinē ad terminū ad quē. sicut si diceret. q̄ motus ab albo ꝓtiatur motui q̄ est in nigrū. Aut accipit ꝓtietas motus fm ꝓtietatem tam terminor⁹ a quib⁹ q̄ terminor⁹ ad q̄s. vt si diceremus q̄ motus ab albo in nigrū ꝓtariat motui qui est de nigro in albū. Et q⁹ non ꝓtingit alio mō motus ad inuicē ꝓtraponere. necesse est q̄ vno istor⁹ modorum vel pluriū sumatur contrarietas.

Est autem qui q̄dem ex ꝓtrario ei qui est in ꝓtrarium non ꝓtrarius. vt q̄ est ex sanitate ei q̄ est in egritudinem. Idē em̄ est ⁊ vn⁹ est Esse q̄dem igitur nō idē est ipsis. sicut nō idē est ex sanitate mutare in egritudinem

Hic excludit duos predictor⁹ modor⁹. s. quartū ⁊ secūdum. ⁊ q̄rtus fuit q̄ ꝓtrarietas motus sumit fm ꝓtrietatem termini a q̄ p̄ habitudinē ad terminū ad quē. Et q̄ ille modus nō est ꝓueniens pbat. q⁹ idē nō est ꝓtrium sibij p̄i. cū ꝓtraria debēt maxime distare. sed ē idē motus q̄ est ex ꝓtrario in ꝓtium. sicut est vnus mot⁹ qui est ex sanitate in egritudinem. sed est differēs rōe. quia quando dicit motus esse ex sanitate est habitudo ad terminū a quo. ⁊ quando dicitur. in egritudinē est habitudo ad terminū ad quem.

Neq̄ qui est ex ꝓtrario ei q̄ est ex contrario Simul quidem em̄ accidit mutari ex contrario in contrariū. aut in medium. Sed de hoc quidem posterius dicemus.

Hic excludit scdm modū. s. q̄ nō p̄t capi ꝓtietas motuū penes ꝓtietatem termin. or⁹ a q̄bus. Et ad hoc p̄nūtur tres rōes. Prima est. illi mot⁹ q̄ in idem tendunt nō st' ꝓtij. sed motus q̄ incipiūt a ꝓtijs terminis q̄nq̄ in idē tendūt. g̃ nō sunt ꝓtij. Minor patet. q⁹ q̄nq̄ est motus ab albo ⁊ nigro. ⁊ terminā in rubeū. Maior p̄z. q⁹ ꝓtia maxime distāt. g̃ nō p̄nt terminari in idem.

Sed magis in ꝓtrarium mutare videbitur vtiq̄ causa esse ꝓtrietatis q̄ ex ꝓtrario. Hic quidem em̄ mutatio ꝓtrietatis. illevero acceptio. Et dicitur aūt vnusquisq̄ in q̄d mutat magis q̄ ex quo. vt sanatio in sanitatem: egrotatio autem in egritudinem.

Sed a ratio. nihil denominat ab eo q̄d ab eo remouetur. sz termini a q̄bus remouent a motu. g̃ penes tales terminos nō debet motus denoiari ꝓtrarius. Maior p̄z. q⁹ denoiatio fit a forma inherēte. q̄d aūt abiciē non inhereat. Minor p̄z. q⁹ omis terminus a quo in motu

abijcitur. Tercia ratio posita in textu est talis. ab eodem a quo aliquid recipit spem. etiā recipit contrarietatē. qz cōtrarietas est distantia fm spem. x. metaphisice. sz motus nō recipit spem a termino a quo. igit etiā nō debet capere cōtrarietatē a termino a quo. sz a termino ad quē

Relinqtur aūt. quia est in contraria. et qui est in contraria ex cōtrarijs. fortassis qdem igit accidit hos que in cōtraria ex contrarijs esse: sz esse forsitan nō idem. Dico autē qui in sanitatē ei qui ex egritudine. et qui ex sanitate ei qui in egritudinem.

Hic concludit duos modos positos in ista diuisione tanqz veros. ex quibz contrarietas sumitur. s. terciū z quintum. Tercius fuit q contrarietas sumitur fm contrarietatē terminorz ad quos Quintus fuit q contrarietas in motu sumeret tam penes contrarietatē terminorz a quibz qz ad qs Et addit q isti modi sunt vnus modus subiecto. sz differunt rōne. qz qd in vno mō. s. quinto ponit explicite. h in tercio ponit implicite. qz contrarietas terminorz ad qs implicat contrarietatē terminorz a quibz Et qz posset qs dicere q ista conclusio est incōuenies. qz dimittit vnū modū accipiendi contrarietatē. s. penes accessum z recessum ab eodem termino. Rūdet phs q ille modus valet. p contrarietate mutationū. z non motuū. z sic generatio z corruptio contrariantur penes primū modum.

Quoniā autē differt mutatio a motu. ex qdam eim subiecto in quoddā subiectū mutatio est motus. qui est ex contrario in contrariū ei qui est ex cōtrario in contrariū motus contrarius est. vt qui est ex sanitate in egritudinē. z q est ex egritudine in sanitatem

Hic concludit quo mō. propie accipienda est contrarietas in motu. z intendit q propie contrarietas accipienda est fm cōtrarietatē vtrorūqz terminorz. z h. probat rōne z inductōe Rōne sic. contrarietas sumenda est fm propriam z specificā rōem eorz que dicunt contraria. qz contraria solum sunt spēs sub eodē genere repugntes. Sz propria rō specifica motus est q sit mutatio de subiecto in subiectū. i. de termino affirmato in terminū affirmatū. ergo etiā ad contrietatē motus requirit contrarietas ex pte vtriusqz termi. et h est vel explicite sic in quinto mō. vel implicite vt in tercio

Manifestū est aūt ex inductiōe qualia videntur contraria esse. Egrotari eim ipsi sanari. z ipsi addiscere decipi pmutatū nō p ipsum. In cōtraria eim sicut in scia est. sic z in deceptiōe. et per ipm habere z p alium. z sursum motus ei qui est deorsum. Cōtraria eim hec sunt in longitudine. z q est ad dextrā ei qui est ad sinistrā contraria eim hec sunt in latitudine. Et q est ante ei qui est retro. contraria eim hec sunt in altitudine.

Probat idem inductiue. z inducit tā in alterationibz corporalibz qz spiritualibz. qz etiā in motu locali. qz sanatio q est alteratio corpalis contraria egrotatiōi. z sanatio et egrotatio hnt oppositos terminos. tā a quibz qz ad qs Etiā in alterationibz anime. qz decipi ab alio est contrariū ei qd est addiscere. z decipi a seipso est contrariū ei qd est inuenire sciam. scia eim dupl acquirit. s. p propriā inuentionē et illo mō opponit ei decipi a seipso. Alio mō acquirit scientia ab alio p doctrinā. z illi opponit decipi ab alio. quia qui decipitur ab alio nō acquirit sciam ab ipso. sz aliquid scie contrarium. Ita etiā in moribz localibz sursum opponitur deorsum. z opponūtur sursum z deorsum ex pte vtrorūqz terminorz. sicut facile patet

Qui aūt est in contrariū solum. nō est motus sz mutatio. vt fieri album nō ex quodā est Quibz aūt nō est contrariū. qui est ex ipso ei q est in ipm mutatio cōtraria est. Vnū generatio corruptiōi contraria est. z remotio acceptōi Ne aūt mutationes quidē. motus aūt nō sunt

Ostendit phus quō inuenit contrarietas in mutationibz. in quibz nō est propie dicta contrarietas. z primo distinguit duplices mutationes. sunt eim alique accntales. sicut mutatio ad albū z nigrū. Alie sunt substātiales. sic mutationes ad esse substātiale. vt generatio hois z equi. vult ergo contrietas sumit in mutationibz accntalibz penes cōtrarietatē terminorz ad quos. Sz in mutationibz substātialibz sumit contrarietas penes accessum z recessum ad eūdem terminū vel ab eodē termino. sicut generatio opponitur corruptioni. qz generatio est ad esse. corruptio po ē ab esse. z remotio opponit accessioni.

Qutrū sufficiat in moribz accipe contrarietatē penes terminos ad qs Dōm q motus accipit dupl. vno mō p modū motus. et sic oz sumere contrarietatē ex vtroqz termino. qz de rōne motus est esse de subiecto in subiectū. z hoc vel explicite vel implicite. sicut prius dcm est. Alio mō capit motus p modū mutationis. z tunc sufficit contrarietas terminorz ad qs. qz mutatio fm q hmōi nō hz in se contrarietatē terminorz. qz vel est ex nō esse ad esse. vel ab esse ad nō esse. z hoc est qd dicit phs primo huius. q materia pt facere mutationē per alterum contrariū. i. per vnum terminū positiuū ad quē accedit. z a quo recedit.

Qm aūt vt in medū motus sunt. qbuscūqz contrariorz est medū. tanqz in contraria qdammō ponēdi sunt. sicut eim contrario vtit medio motus in vtraqz vtiqz vtet. vt ex fusco qdem in albū tanqz ex nigro. z ex albo i fuscū tanqz in nigrum. ex nigro aūt in fuscū tanqz in albū fuscū medium aūt ad vtrūqz dr quodammō vtrūqz vltimorz. sicut dcm est prius Motus qdē igi

tur motui cõtrarius est sic. qui est ex cõtrario in contrariũ ei q̃ ex cõtrario in contrariũ

Hic phs remouet vnam dubitationẽ. qz posset aliqs dicere q̃ q̃ qs motus est de ꝓtrario ad medũ. vel de medio ad extremũ. ergo nõ inuenit̃ in quolibet motu cõtrarietas terminoꝝ. Rñdet aresto. q̃ motus q̃ terminant̃ in medio sunt etiã q̃dammõ ꝓtrarij. qz medius ꝓpatũ vni extremoꝝ hz rõem alterius. qz rubeũ ꝓpatũ albo hz rõez nigri. Ex q̃ sequitur q̃ in moribꝫ reperitur ꝑietas ꝑm analogiam. primo eñ z ꝑncipaliter illi motus sunt cõtrarij qui sunt de ꝓtrario in ꝓtrariũ. sicut motus ab albo in nigrum. z ecõtra. Secõo illi motus sunt ꝓtrarij q̃ sunt a medijs ad extrema. q̃ q̃ uis nõ sint ex ꝑtijs. sic motus de rubeo in nigrũ. z de rubeo in albũ. In tercio gradu motus sunt ꝓtrarij. q̃ sunt ex ꝑtijs in media. sicut motus q̃ sunt ex albo in rubeũ. z ex nigro in rubeũ. In quarto gradu sunt motus ꝓtrarij qui sunt ex medijs in media. sicut motus a rubeo in blauium. in quo motu rubeũ habet conditionẽ albi. z blauium ꝓditionem nigri

Quoniã aũt motui nõ solum videt̃ esse motus cõtrarius. sz et quies. hoc determinandũ est. simplr̃ quidẽ contrarius est motus motui Opponitur aũt z quies. ꝑuatio eñ est. Est ãt sic q̃ ꝑiuatio cõtraria dicitur

Postq̃ phs determinauit de cõtrarietate motuũ ad inuicẽ. hic ꝑ̃ter determinat de cõtrarietate motuũ ad quietẽ. z dẽm quietũ ad quietẽ Et ꝺt primo q̃ nõ solum motus motũ ꝓtrariat̃. sz etiã quieti. et hoc ꝑbat. qz q̃es est ꝑuatio motus. sz ꝑuatio est quodammõ ꝓtrariũ. ergo etiã quies q̃dammõ ꝓtrariat̃ motui. Maior ẽ nota. sed minor ꝑz. qz in oĩbꝫ ꝓtrarijs saluat̃ ratio ꝑuationis. quia vnũ ꝓtrariũ est ꝑfectius alio. imꝑfectũ aũt ꝓpatũ ꝑfecto hz rõem ꝑuationis Dicit̃ tamẽ quodammõ. qz ꝑfectius motus ꝓtrariatur motui q̃ quies

Qualis aũt quali. vt est ei q̃ ꝑm locũ. q̃ ꝑm locũ Sed hoc non ꝺt: simplr̃. vtꝝ eñ cui q̃ est hic mansioni q̃ est ex hoc. aut q̃ est in hoc motus opponit̃ Manifestũ igit̃ est. qm̃ in duobꝫ motus subiectis est. Nuic q̃dẽ qui ex hoc in contrariũ. que est in hoc quies. Nuic aũt qui ex cõtrario in hoc que in cõtrario quies

Hic oñdit q̃lis quies ꝓtrariat̃ motui Est eñ duplex quies. s. an termio a quo z in termino ad quẽ. q̃ñ scz motꝰ est cõpletus Est ergo ista questio in textu. vtꝝ quies in aliq̃ termino ꝓtrariat̃ motui q̃ est ad illũ terminũ. vl̃ motui q̃ est ad oppositũ terminũ. Exẽplariter q̃ritur sic. vtꝝ quies in albo ꝑiat̃ albationi q̃ est motus ad albũ. vel denigrationi q̃ est motus ad oppositũ terminũ. s. nigrũ. Soluendo q̃stionẽ dicit q̃ q̃es in aliq̃ termino ꝑiat̃ motui q̃ est in oppositũ terminũ. sicut q̃es. vel albũ opponit̃ denigrationi ꝑne z nõ albefactiõi. Et hoc etiã sic ꝑbat̃ extra textũ. qz motus ẽ eiusdẽ essentie cũ termio ad quẽ. vbi q̃ terminꝰ ꝓtrariat̃ alteri termino. ibi etiã motus ꝓtrariat̃ illi termino. qz ergo albedo z nigredo ꝓtrariant̃. sic etiam ꝓtrariant̃ quies in albo z motus in nigrum

Simul aũt z ad inuicem contrarie be sunt Et namq̃ incõueniens est. si motus q̃dem cõtrarij sunt. quietes aũt opposite nõ sunt: Sũt autem in oppositis he. vt que est in egritudine quies ei que est in sanitate

Interponit hic de ꝑietate quierũ ad inuicẽ. et vult q̃ ille q̃etes sunt ꝓtrarie ad inuicẽ que sunt in ꝓtrarios terminos. sicut quies in albo z q̃es in nigro. qz tales q̃etes sunt eiusdẽ nature cuz terminis sub quibꝫ quiescũt. sicut ergo termini ꝓtrariant̃. sic etiã quietes.

Motui aũt ei q̃ est ex sanitate in egritudinẽ ei eñ q̃ est ex egritudine in sanitatẽ irrõnabile Qui eñ in ipso motus est. in q̃ stetit. q̃etatio magis ẽ. ꝑm q̃ accidit sil̃ fieri motui. Necesse aũt est aut hãc aut illã esse. nõ eñ que est in albedine quies cõtraria est ei q̃ est in sanitate

Hic oñdit qd̃ ꝑius dixit. s. q̃ quies in aliq̃ termio nõ opponit̃ motui ad eundẽ terminũ. z h̃ sic ꝑbat. Illud qd̃ est ꝑfectio z ꝓsummatio alicui⁹ hoc nõ ꝓtrariat̃ ei. sz q̃es in termino ad quẽ est ꝓsummatio z ꝑfectio ipsi⁹ motus ergo nõ ꝓtrariat̃ motui. Maior ꝑz. qz ꝑia nata sunt se mutuo expellere. sz ꝑfectio est cũ illo cui⁹ est ꝑfectio. q̃ nõ sunt ꝑia. Minor ꝑz. qz q̃es in termio fit sil̃cum motu ꝑfecto. qz moueri ad aliquẽ terminũ est in tali termio q̃etẽ fieri Ex q̃ ꝑz. q̃ tene ꝺz in diffinitõe nature. natura est ꝑncipiũ mouẽdi z quiescẽdi. scz in termino ad quẽ.

Sed Hoc nõ est ꝑfectio motus qd̃ nõ manet cũ motu. sz quies in termio ad quẽ nõ manet cuz motu q̃ nõ est ꝑfectio motus Dicim q̃ motus capitur duplr̃. vno mõ quantũ ad suã essentiã. z sic quies est ꝓsummatio motus. qz in termino siue in q̃ete q̃ est in termino ad quẽ motus est simplr̃ ꝑfectus Alio mõ capitur motus q̃tuz ad modũ essendi. z sic in termio motus nõ est motus. z sic quies in termio ad quẽ remouet motũ. Exẽpli grã. q̃ñ est fcã calefactio aque. tũc in q̃ete calefactionis calor q̃ est essentialit̃ motus est simplr̃ ꝑfectus. sz sed modus eẽndi caloris sub eẽ imꝑfecto quo mõ dicit motus cessat simplr̃ in termio ad quẽ. qz calor nõ est amplius imꝑfectus. q̃ imꝑfectio spectat ad modum motus et non ad eius essentiã

Quibꝫ aũt nõ sunt cõtraria. hoꝝ mutatio quidẽ est opposita. q̃ est ex ipso ei q̃ est in ipm motus ãt nõ est. vt q̃ ex esse ei q̃ est in esse. q̃es quidẽ hoꝝ nõ est. ĩmutatio aũt est. z sic q̃dẽ aliquid eẽt subiectũ. que in eẽ nõ mutatio ei q̃ est in nõ esse cõtraria erit. Si vero nõ est aliquid quod nõ est dubitabit aliqs cui sit cõtraria. q̃ est in esse nõ mutatio. z quies est

Nouet Dubiũ

Solut.

ꝑietas

De Music

Quies ꝑia et motui

Nouet Dubiũ

Solut

Hic determiat de ꝓtrietate quietū in mutationib⁹ et ꝑmo resumit quō sumitur in eis ꝓtrietas. et vult q̃ cōtrietas sumitur in eis penes accessum ⁊ recessum ab eodē termino q̃ ad ꝓtrietatē mutatiōis ad mutationē id est mutationū ad inuicē. Arestoteles intēdit hoc pro ꝓclusione. q̃ eodē mō sicut motus ꝓtriatur quieti. ⁊ q̃es quieti. ita mutatio ꝓtriatur mutationi. ⁊ immutatio immutationi. quies em̄ non habet ordinē ad mutationē. sed ad motum. ⁊ ideo oportz mutare nomē quietis in nomē immutatiōis Est ergo sic dōm. q̃ mutatio que est in aliquo termino ꝓtriatur mutationi que est in opposito termino. Tū patet. q̃ mutatio que est in esse opponitur immutationi que est nō in esse. et mutatio que est in nō esse opponit immutationi que est in esse. Et qz posset q̃s dicere q̃ nō esse nō potest esse terminus mutatiōis. ergo nō ꝑt alicui ꝓtriari. dicit phs q̃ nō eē est q̃dam corruptio naturalis ⁊ nō annihilatio. ⁊ sic nō est nō esse simplr. sz est non esse hñs subiectū. id est nō esse priuatiuū

Si aūt hoc est. aut non omnis quies motui cōtraria est. aut generatio ⁊ corruptio motus sunt. Manifestū igitur q̃ quies nō dicenda est. si nō ⁊ be motus Simile autē aliquid est. ⁊ immutatio. ꝓtraria autē est. aut nulli aut ei que est in non esse: aut corruptioni. Nec em̄ ex ipsa generatio aut in ipsam

Hic ostendit quod prius supposuerat. scz q̃ mutatio nō opponit quies sed immutatio. et hoc sic ꝑbat. quia sic seqretur q̃ omnis quies esset cōtraria motui. qz quies que est cōtraria generatiōi non est ꝓtraria motui. oportz ergo dicere q̃ mutationi opponit immutatio. Et silr est dōm de immutationib⁹ ad inuicem

Dubitabit autē aliquis quare in mutatiōe quidē ꝓm locum sunt. ⁊ ꝓm naturā ⁊ extra naturam ⁊ quietes ⁊ motus. in aliis aūt non. vt alteratio hec q̃dem ꝓm naturam. illa autē extra naturā. Nihil em̄ magis sanatio aut egrotatio ꝓm naturam aut extra naturā: neqz dealbatio neqz denigratio. Siliter autem est ⁊ in augmento ⁊ decremento. neqz ad inuicem hij contrarij vt ꝓm naturam. hij autē extra naturam. neqz augmentū augmento. Et in generatione autē ⁊ corruptione eadē ratio est. Neqz generatio q̃dem ꝓm naturam. corruptio autē extra naturam. senescere em̄ ꝓm naturam est. Neqz generationē videmus aliam q̃dem ꝓm naturam. aliam vero extra naturam

Hic ponit Arz. tria dubia q̃ postea soluit. Primum est: quare in genere motus localis solū inueniunt motꝰ et q̃etes ꝓm naturā. ⁊ extra naturā. ⁊ nō in aliis motib⁹ scz in alteratōe augmētatōe ⁊ diminutōe. generation e ⁊ corruptōe. Qz aūt in illis nō inueniunt. ꝑbat ꝑ locum a maiori sic. si illud quod magis videt inesse non inest nec illud qd minus. sed si eēt aliqs motus extra naturā maxime esset corruptio. sed corruptio est etiā ꝓm naturam Quod sic patet. qz senescere est ꝓm naturā. scz materie. et senescere est dispositio ad corruptionē. ergo etiam corruptio est ꝓm naturam.

Dicit scdo celi q̃ oēs defectus stz ꝓtra naturā g̃ male dz h̄ q̃ corruptio est ꝓm naturā Dōm q̃ natura accipit dupliciter. vno mō ꝑ natura vli q̃ intrē dit ꝓsistentiā ⁊ ꝑmanentiā totꝰ vniuersi. Et tunc corruptio est oino ꝓm naturā. qz oz mlta corrūpi in vniuerso. si dz totū vniuersum ꝓsistere. sicut necē est aliq̃ indiuidua corrūpi. vt saluent alia in spē. Alio mō accipit natura ꝑ natura ꝑticulari. ⁊ sic accipit dupliciter. vno mō pro natura forme. i. ꝑ natura q̃ est forma. ⁊ sic corruptio ē cōtra naturā. qz forma ꝓm q̃ hmōi dat spēm sed corruptio tollit esse. ⁊ sic spēm. Alio mō accipitur natura ꝑ natura materie. ⁊ sic corruptio est naturalis. qz sicut materia hz naturalē habitudinē ad formā. ita etiā ad ꝑuatōnē. Tercio accipit natura ꝑ ꝑuatōe. ⁊ sic cū ꝑuatio sit ꝑncipiū corruptōis. g̃ corruptio est vt sic ꝓm naturam.

Aut si est q̃ violēta fit extra naturā. tunc ⁊ corruptio erit corruptioni ꝓtraria q̃ violēta vt q̃ extra naturā ei q̃ ꝓm naturā. Ergo nature et generatōes q̃dā sunt violēte. ⁊ non fatate. q̃b⁹ ꝓtrarie sunt q̃ sunt ꝓm naturum. Et augmēta sunt violēta ⁊ decremēta. vt augmēta q̃ velociter ꝑpter alimētū pubescētiū stz. et tritica cito adaucta. ⁊ nō ꝓstricta. In alteratōne āt q̃liter aut simplr. Erūt em̄ alie q̃dez violente alie vero naturales. vt dimissi nō in creticis diebꝰ alij aūt in creticis. alij quidem extra naturam alterant. alij vero ꝓm naturam

Hic soluit ꝑdictam dubitatōem ꝑ interēptōnem. i. ꝑ negationē. ⁊ vult q̃ hoc qd supponit in q̃stione est falsum q̃ scz solū in motu locali inueniunt naturale ⁊ violentum. imo etiaz inueniunt in ommib⁹ aliis motib⁹. Et ꝓbat inductiue. qz aliq̃ sunt corruptiōes naturales sicz ille q̃ fiunt ꝓm ꝑncipia nature ab intrinseco. sicut qñ aliquis moritur ex senectute. Alie stz corruptōes violēte q̃ fiunt ꝑter dispōnes naturales ipius rei q̃ corrūpit. sicut cū aliqs gladio interficit. Silr est de generatōe qz sunt aliq̃ generatōes fatate. i. ꝑcedentes ꝓm ordinē cāe vniuersaliū. sicut rose generant in estate. Alie sunt generationes nō fatate. i. nō ꝑcedētes ꝓm ordinē cāe superiorū sicut qñ gñant rose in hyeme in stuphis. Silr est de augmētatōe. qz aliq̃ est augmētatio violēta. sicut qñ seminā ex humoribꝰ multū crescūt. ⁊ aliq̃ hoīes citiꝰ veniūt ad annos pubertatis. i. discretōis ꝑpter varietatē nutrimēti. quod tps est naturaliter in decimo qrto anno quo ad viros. qz tūc pūt ꝓtrahere matrimoniū Et silr aliquē

Dnta ꝰ q̃ ꝑt mm ꝓtrium ꝓdimita

mutatoi opoꝰ q̃

Dnet ta dubia

Primū

Solunt ꝓmū dubiū

sunt alteratões violente. sicut qñ aliquis sanat ante dies cretico. Si eñ aliquis sanatur in die cretica est sanatio naturalis. si aũt nõ sz ante vel post est violẽta Dicit aũt dies cretica dies iudicij sup infirmitate. habet eñ quelibet infirmitas vnã diem in qua vel infirmitas naturalit vincit naturam ⁊ sequtur mors. vel natura vincit infirmitatem ⁊ sequtur sanitas Si vero aliqs ante illũ diem sanetur est alteratio violẽta. ⁊ ꝑter naturã Est igit drñtia inter has dcõnes cresis crasis ⁊ crisis. qr cresis idem est qd iudiciũ. crasis idem est qd natura. sz crisis idẽ est qd aurum. vñ? Judiciũ cresis. natura crasis. crisis aurum

Queritur Quid sit fatum Dõm q̃ est explicatio diuine puidẽtie ꝑ causas vl'es medias. Et dr fatum a for faris .i. loquor. qr deus ꝑ tales causas sedas videtur nobis loqui. sicut eñ ꝑ loquutionẽ homis pcipimus quid hõ velit. ita ꝑ effectus secũdas causas pcipimus qd deus velit in effectib' inferiorꝫ rerꝫ Hoc ergo dr fatatũ quod fit fm naturalẽ influentiã casuarꝫ superiorũ et ideo q̃ rose generent in hyeme non est fatatũ. quia est ꝑter ordinem causarꝫ superiorꝫ

Erunt igitur corruptões contrarie ad inuicem non generatiõi. et quid phibet. est eñ sic Et namqz si hec qdem dulcis. illa vero tristis est. quare nõ simpl'r corruptioni corruptio cõtraria est. sed hec qdem huiusmodi. alia vero huiusmodi harum est

Hic obijcit cõtra dicta q̃ nõ sunt alique generatiões fm naturã ⁊ extra naturã. qr si sic. tunc seqrek q̃ vni multa opponerent. quod est incõueniens. qr corruptio est cõtraria generationi. si ergo est etiã aliqua corruptio extra naturam. g̃ corruptio erit cõtraria corruptioni. Rñdet aresto. q̃ nõ est incõueniens vnum opponi multis fm diuersas rõnes. qr generatio ⁊ corruptio opponunt fm rõnem generis. sz corruptio opponit corruptioni fm rõem spẽi. sicut corruptio tristis ꝓtrariat generationi dulcis Dicit autẽ generatio dulcis qñ ex minus nobili generat magis nobile. sicut qñ ex aqua generatur aer. Sz generatio tristis est quãdo ex magis nobili generatur minus nobile Vel potest dici q̃ generatio dulcis est que est fm causas vniuersales. ⁊ generatio tristis est que est ꝑter talem naturam. sicut generatio non fatata

